Namqꝫ homines inter natum genitore minorem
Lex carnalis habet: quoniam pater ipſe parētis
Filius ante fuit: mox ⁊ qui filius eſt nunc
Afforet eſſe pater: ſic per genus omne nepotum
It noua progenies: et aui numerantur auorum.
At dominus verbum virtus ſapientia chriſtus
Et totum commune patris de lumine lumen.
De ſolo ſolus: cui nec minus eſt patre quicq̄:
Nec quo creſcat habet. genitus nō quippe creat⁹
Ipſe eſt principium: nam ſicut clarus habetur
In genitore manēs: genitor quoqꝫ clarus in ipſo

et deus clarificauit eum in ſemetipſo. Rerum caput.i. deſt principium tametſi in attributis principium filio dedimus. Qui eſt pater: hic eſt filius. Hoc nãq; hereticum eſt dicere. Quod pater eſt: hoc filius eſt. Hoc pium ⁊ religioſum. Nam in genere neutro ſignificatur ſubſtantia ſiue eſſentia. per maſculinum et femininum deſignantur perſone. vt pater eſt alius a filio: et alia eſt perſona patris. alia ſpiritus ſancti. non aliud eſt pater a filio. ⁊ perſona patris. nõ eſt aliud a perſona filij. Ipſe docens. Joan. cap. xiiij. Philipe nõ credis quia ego in patre et pater in me eſt. Rurſus ex Joanne eodeʒ caplo. x. Sumus vnum. Subaudi in eſſentia. ſed nõ vnus. ideſt vna perſona. Arrius vnum debet ſcire Arrium ⁊ ſabellium contrarios inter ſe impietatis auctores reprehẽdit: quoꝝ prior trinitateʒ poſuit: ſed in perſonis in equalitatem. poſterior vero confundit perſonas dicẽs: vnũ deum ſed pro diuerſitate officioꝝ nunc eſſe patrem: nunc filium: nunc ſpiritũ ſanctum. Fidem trinam. ideſt trium perſonarum. Unam. dicendo eſſe trinum ⁊ non vnum. Sua dicta. ideſt alterius dicta. Brachia exerta. More illoꝝ qui pugnis decertaturi ſunt. Cati. ideſt callidi ⁊ aſtuti: non ad docendum ſed ad certandum. Sapientia mundi. quia ſapientia huius mundi ſtulticia eſt apud deum. Criſpare cachinum. ex Perſio. Naſo criſpante cachinos. Sic. ſequentes extrema ⁊ fugientes medium.

Permanet: ⁊ rerum caput eſt deus vnus vbiq;.
Non quia qui ſummus pater eſt: ⁊ filius hic eſt
Sed quia quod ſummus pater eſt: ⁊ filius hoc eſt.
Sic ait ipſe docẽs. ego in patre ⁊ pater in me eſt.
Rurſus ego atq; pater vnum ſumus. Arrius vnũ
Debet ſcire ſimulq; ſabellius eſſe fatendum
Ille fidem trinam: tamen hic amplectitur vnam:
Ambo errore pares. quanq; diuerſa ſequantur.
Qualiter aſſueti varias producere ſectas
Impugnant ſua dicta viri: qui brachia nudis
Oſtendunt exerta humeris: nil tradere docti
Sed tantum certare cati. prudentia quorum
Stulta iacet: quia vana deo eſt ſapientia mundi.
Hic loq̃tur nimis: ille tacet. Hic ambulat: hic ſtat.
Alter amat flexus: alter criſpare cachinum:
Sic igitur miſeris par eſt veſania cunctis.

¶ Diſponit ad materiã libroꝝ ſequẽtiuʒ.

Interea dum rite viam ſermone leuamus

Interea. Paulatiʒ accedit ad pĩcipale inſtitutũ: qđ vt ab initio dixit erat clara ſaluteferi nõ tacere miracula xpi: que ſunt ab euãgeliſtis enarrata. Uiã leuam⁹ quaſi inſtituiſſet proficiſci ad legẽ euangelicã ⁊ interdũ narraſſet vie comitib⁹ quedã miracula ex teſtamẽto veteri vt itineris labor ſubleuaret



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Spes ⁊ fides. Que due virtutes comitantur chriſtianū in hac vita. In ardua. ideſt in alteraȝ vitam aut in legem euangelicam quae me docet arctam eſſe viā quae ducit ad vitā. Matth. vij. Blandius. i. minore cum labore. Arcem. ideſt culmen legis euangelice. En ſigno. Tranſlatio eſt ſumpta a militantibus ſeculo ad eos qui militant chriſto ſub euangelio. Clamat. ad fidem vocat. Sua porta. ideſt propria que chriſtus Joan. ca. x. Ego ſum oſtium ouiū. Premia vite hoc eſt donatiuuȝ qđ militātibus chriſto proponitur. Decus in fronte. hoc ē inſigne crucis p chriſma impreſſuȝ. Pars vltima. ideſt minimus chriſtianoꝝ. Hic. ideſt in his caſtris. ſ. militantis eccleſie. vt merear. Poſt peractam militiam in hac vita. Cōſcribi albo. i. in tabula illa ſiue libro vite de quo i apocalypſi. Erat aūt albuȝ tabula in q̄ iudicum nomina ſcribebant. Suetoni9 in domiciano. equitē ro. eraſit iudicum albo.

Speſq; fideſq; meū comitātur in ardua greſſum:
Blandius ad ſummā tandē peruenimus arcem:
Et ſigno ſacrata crucis vexilla coruſcant.
En regis pia caſtra micant. tuba clamat herilis.
Militibus ſua porta patet. qui militat intrat:
Janua vos eterna vocat: quae ianua chriſtus.
Aurea perpetua capietis praemia vitae:
Arma quibus domini tota virtute geruntur:
Et fixū eſt in fronte decus. decus armaq; porto:
Militaeq; tuae bone rex pars vltima reſto.
Hic propriae ſedes. huius mihi moenibus vrbis
Exiguam concede domū: tuus incola ſanctis
Ut merear habitare locis: alboq; beati
Ordinis extremus conſcribi in ſaecula ciuis.
Grandia poſco quidē: ſed tu dare grandia noſti.
Quē magis offendit: quiſquis ſperādo tepeſcit.
Chriſte faue votis: qui mundū in morte iacentem
Uiuificare volens quondam terrena petiſti
Coelitus humanam dignatus ſumere formam:
Sic aliena gerens: vt nec tua linquere poſſes.
Hoc mattheus agēs hominē generaliter implet:
Marcus vt alta fremit vox per deſerta leonis.

Tepeſcit. i. nō eſt feruidus in ſpe faue voꝝ. Inuocatio eſt diuini auxilij ad op9 ſuū pſequēdū. Petiſti coelit9. i. a celo deſcēdēs. Aliena gerēs. i. hūanitatē ante incarnationē. Tua. i. diuinitatē. Matthe9 hoc agēs. ſ. qđ tu ſūpta hūanitate apđ nos geſſiſti. Implet hoīeȝ. i. hȝ hoīs effigiē ex Ezechielis viſiōe. Alta vox p deſerta. ad illud refert qđ Marcus in initio ſui euāgelij ſcribit. Ego vox clamātis in deſerto. Iura ſacerdotij. Incepit enim ſuū euangeliū a ſacerdotio za

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

charie. Ore iuuenci. animalis nati ad ſacrificium. Verbo dicens in initio euã gelij. In principio erat verbuz. Totidem tempora. quia numerus euangeliſta rum equat quattuor anni tempora. Sic ꝛ apoſtolici. Ut quattuor euangeliſte quattuor anni tẽpora. Apex duodenus. i. culmẽ duodeciz apoſtoloꝝ. Immita tus mẽſes. qꝛ in anno eque ſunt duodecim. Et horas. que in die ſunt duodeciz

Iura ſacerdotij Lucas tenet ora iuuenci.
Morẽ volans aquilae verbo petit aſtra Ioãnes
Quattuor hi proceres vna te voce canentes:
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbẽ:
Sic ꝛ apoſtolici ſemper duodenus honoris
Fulget apex numero menſes imitatus ꝛ horas:
Omnibus vt rebus totus tibi militet annus.
Hic igitur veteris recolens exordia mortis.
Ad vitam properabo nouã. lachrimaſqꝫ ſerendo
Gaudia longa metam. nã qui deflemus in Adam
Semina mittens: mox exultabimus omnes.
Portãtes noſtros Chriſto veniente maniplos.

Coelij Sedulij preſbyteri miraculũ diuinorum finis paſchalis opis. Liber ſecundus.

Expulerat priogẽitũ ſaeuiſſim⁹ anguis
Florigera ď ſede virũ: blãdiqꝫ ſaporis
Illecebris loetũ miſo portarat amaꝝ
Nec ſolus meritã pſumptor ſẽſerat irã
Mortali ſub lege iacens: ſed prorſus ab ipſo
Humanum ſimul omne gen⁹ heu noxia coniux

ſicut i nocte. Hic igitur. Redit ad illud quod dixerat de eccleſia militante et triumphãte: et de teſtamẽto veteri et nouo. Exordia mortis. que introducta eſt per primi Parentis peccatum et durauit ꝑ totaz legem veterem. Ad vitaz nouã. ſ. euangelicaz quia a diebus ioannis baptiſte regnuz celoruz vim patitur. Matth. c. xj. Lachrymas ſerẽdo. ex pſalmo cxxv. Eũtes ibãt ꝛ flebant mittentes ſemina ſua.

Expulerat. Incipit liber ſecundus: in quo antea ꝙ aggrediatur euangelij ſeriem dicit quaedam de lapſu primi hominis: deqꝫ humana inſtauratione per Chriſti incarnationem paſſionemqꝫ. Saeuiſſimus anguis. diabolus in forma colubri decipiens Euam: et ex conſequenti Adam. Primogenitum: qui grece prothoplauſtos. De ſede florigera. de paradiſo voluptatis. Illecebris. delicijs. Loetum amarum. ideſt mortem. Preſumptor ſolus. ideſt qui cibum vetitum preſumpſit. Iram meritam. ideſt penam. id quod precedit: pro eo quod ſequitur. Sub lege mortali. Cum potuiſſet per manere immortalis. Ab ipſo. ideſt poſt ipſum. Omne genus humanum. Subaudi ſenſit iram meritam. Noxia coniux. Qui fuit cauſa tantorũ ma

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lorum. Et eſt imitatio ex Verg. in bucco. Crudelis tu quoq; mater. Crudelis mater magis an puer improbus ille. Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater. Duo. ſcilicet adam ⁊ eua. Origo. id eſt q̄ ex illis primis propagati ſunt. Perit. quemadmodum ⁊ primi parētes perierunt. A ſemine. id eſt a prima origine. Quid numeroſa. Senſus eſt. quid proderat diu viuere: ſi moriendum erat tandem atq; eundum ad inferos ſine vlla redēptionis ſpe. Illo tempore. ſcilicet ante chriſti paſſionez. Nōgētos annos quos ante diluuium viuebat hūanum genus. Cuz ſors aeui extremi id eſt vite finis Irreparabilis. id eſt irreuocabilis. Victa ſupremis curſibus. id eſt q̄ multitudine annoruz tandem vincitur. Vētura foret. q2 vt dixi tandem illis moriēdū erat. Licz ſera. id eſt ſero. Cuz fine. q. d. nō poteſt dici lōgum quod finem habet. Opem reducem actiue. i. q̄ reduceret ⁊ liberaret. alias reducem paſſiue. vt Verg. j. enei. Atq; reduces illi ludunt. Sepulchrum. i. inferi. ſicut e diuerſo. Gene. xl. Deduces canos meos ad inferos: pro quo in hebreo habetur ſepulchrum. Primi terrigene. i. primi parentis qui apud inferos ſepultus eſt. Nepotes. id eſt illius poſteritatem. Promptus facilis. reddere difficilis. id eſt reponere ⁊ exprobare. Aſtabat imago. pro erat. De morte. id eſt per mortem in qua incurrerat propter peccatum. Inſtauraret opus veniale. i. renouaret hominem qui venia ex eo dignus erat q̄d ex infirmitate peccauerat. Pomis acerbis. Alludit ad prouerbiuz illud de quo Iere. xxxj. ⁊ Ezechielis. xviij. Patres noſtri comederunt vuam acerbam

Noxia tu coniux magis: an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco: ſed tu quoq; noxia coniux.
Pro dolor aeterni fuerāt duo: creſcere poſtq;
Coepit origo: perit: clademq; a ſemine ſumpſit.
Quid numeroſa dies: quid tēpore profuit illo
Cernere nongentos vltra foeliciter annos:
Progeniemq; ſenum decimam ſpectare nepotū:
Iamq; ſuū neſcire genus: cum victa ſupremis
Curſibus extremi ſors irreputabilis aeui
Sera licet ventura foret: longumq; per aeuum
Vita breuis nihil eſſe diu cum fine doleret:
Nec reducē ſpes ferret opem: primiq; ſepulchrū
Terrigine caeca ſorberet fauce nepotes:
Ni pius ille ſator culpas ignoſcere promptus
Reddere difficilis: ſua ne factura perierit:
Quaeq; duo ſimilis viuens aſtabat imago:
Diſſimilis de morte foret: veniale miſertus
Inſtauraret opus: pomiſq; vetaret acerbis
Quae mandere patres: natorū horreſcere dētes:
Donaretq; ſuis ſemper placatus: vt vnde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et dentes filiorum obſtrupuerunt.i.quod patres peccauerunt luerūt filij. Matrem.i.roſe plantā ſpinoſam. Obſcurat honore.i.ſua pulchritudine obūbrat Eue virginis antique.ideſt prime. Natura prior.ideſt homo ante natalem xpi (ſubiectus morti eterne. Renaſci per aquam baptiſmi.

Hec ventura. Quo pacto gabriel angelus virgini miſſus eſt a deo: vt illi denūciaret dei verbum ex ea carnē eſſe ſumpturum: idqꝫ factuꝫ eſt: ex Luca.ca.primo. Hec que ſupra diximus de verbo incarnādo. Cecinit properata.i.properāter denūciata. Fides comitata eſt dictuꝫ: qꝛ virgo credēs angelo conſenſit: et verbum caro factuꝫ eſt. Sydereū onus.ideſt coeleſte verbum quod incarnatū erat vētris eius. Sub lege naſcēdi.i.creature. Tēſos ſinus.i.vteruꝫ q̄ plures ſinus hꝫ diſtētū.

Culpa dedit mortem: pietas daret inde ſalutem.
Et veluti ſpinis mollis roſa ſurgit acutis:
Nil qđ laedat habēs: matrēqꝫ obſcurat honore:
Sic euae de ſtirpe ſacra veniente maria.
Virginis antiquae facinus noua virga piaret.
Vt quoniam natura prior vitiata iacebat
Sub ditione necis: chriſto naſcente renaſci
Poſſet homo: et veneris maculā deponere carnis.

Annunciatio chriſti incarnationis.

Haec vētura ſenes poſtqꝫ dixere ꝓphetae:
Angelus intactae cecinit properata mariae.
Et dictum comitata fides: vterumqꝫ puellae
Sydereum mox implet onus: rerumqꝫ creator
Naſcendi ſub lege fuit ſtupet innuba tenſos
Virgo ſinus gaudetqꝫ ſuum paritura parētem:

Natalis domini.

Iamqꝫ nouē lapſis decimi de limine menſis
Fulgebat ſacrata dies: cum virgine foeta
Promiſſum compleuit opus verbum caro factū
In nobis habitare volēs: tunc maximus infans
Intemerata ſui conſeruans viſcera templi
Illeſum vacuauit iter: pro virgine teſtis

Iamqꝫ nouē qꝫ eſt nouem mēſes ab annūtiatiōe xps ieſus natus ex maria virgine incorrupta ex Luca.ca.ij. Iāqꝫ nouē.ſubaudi menſibus. Dies ſacrata.ſ.xpo naſcēte. De lumine.i.in principio. vt ſic prepoſitio pro prepoſitiōe. Opꝰ promiſſum.ſ.per prophetas qui predixerāt chriſtuꝫ naſciturū. Habitare in nobis.i.in natura humana.ex Ioāne ca.pri. Sui tēpli.i.vteri virginalis in quo quia deus habitauit tēplum dicitur. Vacuauit iter illeſum.i.vacuando viſcera reliquit iter illaeſum. Pro virgine.i.in fauorē virginis qđ virgo permanſit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Partus eſt teſtis.i.xp̄s quē ipſa peperit. Clauſa ingrediēs. Joan.ca.xxj. Venit ieſus ianuis clauſis ⁊ ſtetit ī medio diſcipuloꝝ ⁊ eſt argumētū ⁊ pari. Lux gratia nitor.q.d.incredibilis. Velut ſpōſus.ex pſal.xviij. Et ip̄e tanq̄ ſpōſus procēdēs de thalamo ſuo exultauit vt gigas ad currēdū viā. Forma ſpecioſus ex pſalmo.xliiij. Specioſus forma pre filijs hominū diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Seruile iugū.i.peccatū. nā qui peccatū facit ſeruꝰ eſt peccati. Joan. capi. viij. Mēbra ſeruilia. Juxta illud apl'i. Philip.ij. qui cū in forma dei eſſet exinaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiēs. Proprijs donis. Puta piſces ſquamma: aues pluma: arbores cortice. Obſitus.i.inuolutꝰ. ſic enī exponit Seruiꝰ illud Vergi.viij.enei. Ibat rex obſitus euo Profundi ꝓcelloſi idest maris quod procellis agitatur. ideo dixit vnda mobilis. Manſit plenus. ideſt integer. Deus quieuit. huiuſmodi enī axiomata ex communicatiōe idiomatū vt theologi dicūt ꝟe ſunt. Salue ſancta parēs. Virgini ꝯgratulaẗ auctor. Gyro ęterno. aut ad mūdū archetypū rettulit: aut ęterno ꝓ ſempiterno poſuit. Similē primā.i.priorē hoc ē añ te. Nec ſequētē.i.poſteriorē hoc eſt poſt te. Sine exēplo. Quia necꝫ tu aliā priorē imitata es necꝫ te alia poſterior.

Partus adeſt clauſa ingrediēs ⁊ clauſa relinquēs.
Quae noua lux mūdo? quae toto gratia coelo?
Quis fuit ille nitor? mariae cum chriſtus ab aluo
Proceſſit ſplendore nouo: velud ipſe decoro
Spōſus ouās thalamo forma ſpecioſus amoena
Prae natis hominum cuius radiante figura
Blandior in labijs diffuſa eſt gratia pulchris.
O facilis pietas. ne nos ſeruile teneret
Peccato dominante iugum: ſeruilia ſummus
Membra tulit dn̄s. primicꝫ ab origine mundi
Omnia qui proprijs veſtit naſcentia donis:
Obſitus exiguis habuit veamina pannis.
Quemcꝫ procelloſi non mobilis vnda profundi
Terrarum non omne ſolum: ſpacioſacꝫ lati
Non capit aula poli: puerili in corpore plenus
Manſit: ⁊ anguſto deus in praeſepe quieuit.
Salue ſancta parens enixa puerpera regem
Qui coelum terramcꝫ tenet per ſaecula: cuius
Numen ⁊ aeterna complenctens omnia gyro
Imperium ſine fine manet: quae ventre beato
Gaudia matris habens cū virginitatis honore
Nec primam viſa eſſe ſimilē nec habere ſequentē
Sola ſine exemplo placuiſti foemina chriſto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tunc prius. Quod nato chriſto paſtoribus per angelos facta eſt reuelatio ex Luca. ca. ij. Et de magorum adoratione. Matthei. cap̃. ij. Ille creatus. Chriſtus quod ad humanitatẽ attinet natus. Emicuit. Splendens apparuit Paſtoribus ignaris. i. nihil tale ſciẽtibus. Quia paſtor erat. Ipſo dicẽte Joã. ca. x. Ego ſum paſtor bonus. Agnus. de quo Joan. cap̃. ij. Ecce agnꝰ dei. Gregibus. i. paſtoribus gregium cuſtodibꝰ. Cecinit miracula. Canendo gloriam in excelſis deo: quod erat mirabile Talia ſigna idest miracula ſepe in ſacra ſcrptura. Oris bethleis. naz in bethleem natꝰ eſt. Grandia nuncia. i. grandes nouitates vt ſic dicã nã nunciũ pro re que nunciatur raro inuenitur. Ab arce orientis: inde enim venerunt magi Perturbãt Subaudi herodem. Dictis ſollicitis. Ab effectu pro ſollicitãtibꝰ. Hoc propt̃ hoc. Aſtra et nouam ſtellã: idẽ eſt. Arbiter aule hebree. i. herodes penes quẽ erat arbitrium regni. Qui primus erat ad herodẽ ⁊ ad Chriſtum referri poteſt. Frõte ſerena. i. diſſimulans voluntatẽ nocendi ſerenitate vultus. Quid furis. In herodez auctor inuehitur. Fateris chriſtum. Dicens tevelle ipſum adorare. Senſu. i. cogitatione Legendo neglegis. i. nõ intelligis. Minaris tua regna. i. per regni poteſtatem te in illũ ſeuiturũ. Tua nomina. q. d. Tu nõ interimes Chriſtũ: ſed aliꝰ tui nominis heres curabit illũ crucifigi. Patrandũ. ordo eſt. Aliꝰ herodes. ſ. Tetracha ſub quo Joannes quoqꝫ baptiſta paſſus eſt. Videbit. ſubaudi ſcelus. Quod tu molire. i. ꝑpetrare cupis: patrãdũ tñ ab altero. Gẽtis. ſcꝫ iudee cuius

## De reuelatione paſtoribus facta ⁊ magis.

Tunc prius ignaris paſtoribus ille creatus
Emicuit: q2 paſtor erat: gregibusqꝫ refulſit
Agnus: angelicus cecinit miracula coetus.
Talia bethlaeis dum ſigna geruntur in oris:
Grandia ſollicitis perturbant nuncia dictis
Judaicis nuper populis orientis ab arce
Progenitum fuiſſe ducem: hoc coelitus aſtra
Hoc ſtellam radiare nouam. ferus arbiter aulae
Aeſtuat hebreae ratus hunc ſuccedere poſſe.
Mox ſibimet: qui primus erat. tunc fronte ſerena
Nubila mentis alens inquiri mandat vbiqꝫ
Sicut adorandũ: quẽ tractat fraude neccãdum.
Quid furis herodes? chriſtum ſermone fateris:
Et ſenſu iugulare cupis? legemqꝫ legendo
Negligis: ⁊ regi regum tua regna minaris.
Ne tamen inſano careant tua nomina facto:
Patrandum ſub honore crucis ſed crimine gentis
Herodes alius quod tu molire videbit:
Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina coelo.

i. ſollicitantibus
i. herod
i. herod aſcalonita
i. cogitatione
ſcelus

BIBLIOTECA ... DE TOLEDO

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tu rex nunc es. Sydus regale: ideſt quod regem natum deſignabat. duxit gentes: ideſt magos qui gentiles erant: quod ſignificabat in lege futura: hoc eſt euangelica gentium vocationem. Solutis theſauris: ideſt apertis. Pro religione: ideſt qui religioſum aliquid ſignificabant. Ipſe ſpecies. Que. ſ. offerrebantur. Foderunt. ideſt ex metallis terreq; venis eruerunt. Thura. que in ſacrificijs erant peculiaria. Myrrham. ea enim perungebantur mortui. Unde Martialis. Et olentem funera myrrham quoniã fides ſpes maxima: quia fides eſt ſubſtantia rerum ſperaudarum: argumentũ non aparentiũ. Hunc numerum: ſcilicet ternariũ: hoc eſt perſonarum trinitatem. Et tẽpora ſignificant quoq; tria tempora huiuſ ſeculi. In triplici virtute: ideſt in trinitate perfecta cuius vnaqueq; pſona virtus eſt. Celitus. ab angelo. Callis mutati .i. vie anfractuoſe. Patriã vnde per peccatum primi hominiſ exulamus: ad Chriſtum id quod fecerunt magi. Iniquũ. vt ille qui non redierunt ad herodem.

Fixa magi ſiduſq; micans regali ſecuti
Optatam tenuere viam. quae lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes:
Theſauriſq; ſimul pro religione ſolutis. .i. apertis
Ipſe etiã vt poſſent ſpecies oſtendere Chriſtum:
Aurea naſcenti foderunt munera regi. .i. obtulerũt
Thura dedere deo. myrrham tribuere ſepulchro.
Cur trina dona tamen: q̃m ſpes maxima vitae
Hunc numerũ confeſſa fides. & tẽpora ſummus
Cernens cuncta deus preſentia priſca futura
Semper adeſt ſemperq; fuit ſemperq; manebit
In triplici virtute ſui. tunc coelitus illi.
Perſomnũ moniti contemnere iuſſa tyranni:
Per loca mutati gradientes deuia callis
In patriam rediere ſuam. ſic nos quoq; ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere: poſtq̃:
Venimus ad chriſtum: iam nõ repetamꝰ iniquũ.

## Innocentium caedes.

Ergo vbi deluſum ſe comperit: impius iram
Rex aperit: ſi iure queat rex ille vocari
Qui pietate caret: propriam qui nõ regit iram.
Ereptũq; facinus gemens ſibi: ceu leo frendens:
Cuius ab ore tener ſubito collabitur agnus:
In totum mouet arma gregem. mãditq; teritq;.

Ergo vbi. Herodes iratꝰ qd̃ magi ad ipm nõ redierũt cepit ſeuire in infantes oẽs inter quos credibile erat xpm̃ eſſe. ex Math. ca. ij. Aperit irã quã antea ſimulauerat. Si iure. Color eſt correctio: q̃ illũ regẽ appellauit Pi

etata caret. cū rex ita debeat ſubditoꝛ tractare. vt pater filios nō vt dn̄s ſeruoꝛ: qd̄ eſt tyrāni ꝓpriū. Nō regit irā. Cū rex a regēdo dicat̄ primū ſe deinde alios Facin⁹ quo decreuerat magos xp̄mq̧ occidere. Agn⁹ collabit̄. i. euadit. Molle pec⁹. i. timidū. Foete. i. oues lactātes alias grauide. Verg. Non inſueta graues tēptabūt pabula foetas. Balatib⁹. q̇b⁹ vocāt ſuos fet⁹. Stimulat̄: irritat̄

Molle pecus. trepidaeq̧ vocāt ſua pignora foete
Nec quicq̄ ⁊ vacuis implēt balatibus auras.
Haud ſecus herodes chriſto ſtimulatur adēpto.
Sternere colliſas paruorum ſtrage cateruas
Immerita non ceſſat atrox. quo crimine ſimplex
Turba perit? cur qui vix potuere creari:
Iam meruere mori? furor eſt in rege cruēto
Non ratio. primoſq̧ necans vagitus ⁊ audens
Innumerum patrare nefas: puerilia mactat
Milia: plangoremq̧ dedit tot matribus vnum.
Haec laceros crines nudato vertice rumpit.
Illa genas ſecuit. nudum ferit altera pugnis
Pectus: ⁊ infoelix mater nec iam modo mater
Orba ſuper gelidum fruſtra premit vbera natū.
Quis tibi tunc laneo cernenti talia ſenſus?
Quos ve dabat gemitus: cū vulnera feruere late
Proſpiceres arce ex ſumma: vaſtumq̧ videres
Miſceri ante oculos tantis plāgoribus aequor?
Extinctiſq̧ ſuis quamuis infantibus abſens
Praeſens chriſtus erat: qui ſancta pericula ſemꝑ
Suſcipit: ⁊ poenas alieno in corpore ſentit.

Strage imerita. q: infantes nihil tale merebuntur. Quo crimie. i. infantes q̇d peccauerūt vt perirēt. Vix creari. i. qui vix nati erāt: ⁊ eſt vſitat⁹ dicēdi modus. Nō ratio. q: in rege pro rōne volūtas ē. Ne cās primos vagit⁹. i. pueros in quos vagiētes incidit. Vnū plāgorē. q̄ tū ex multis plangētib⁹ reſultabat. Infelix mat. Anteq̄ fili⁹ trucidet̄. Hec iā nō mater filio trucidato: ſed orba: ſic enim appellat̄ q̄ filiū amiſit. Gelidū natū. i. mortuū. Premit vbera. quaſi illum velit lactare. Quis tibi tūc. ex ꝟgi. iiij. eñ. pene ad verbū. Quis tibi tūc dido cernēti talia ſenſus. Quos ve dabas gemit⁹ cū feruere littora flāmis. Proſpiceres arce ex ſūma totūq̧ videres. Miſceri añ oculoꝛ tātis clamoꝛib⁹ equoꝛ. Lanio. i. o crudelis herodes ⁊ carnifex. Quis ſēſus. q: neceſſe erat illū ex ſceleris ꝯſciētia torqueri. Aequoꝛ ꝟgili⁹ ꝓ mari poſuit. hic ꝟo ꝓ cāpo quēadmodū primo geoꝛ. At pri⁹ ignotū ferro quā ſcidim⁹ equoꝛ. Quāuis abſens. Iā eniz fugerat i egyptū Matth. ca. ij. erat p̄ſens ꝓpter illud qd̄ ſequit̄. Suſcipit ſancta p̄icula. i. ſibi imputat qd̄ pro ſe alij patiūtur. Sentit. illis cōdolens. ⁊ ſibi annumerans.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aſt vbi biſſenos quo pacto ieſu puero duodecim annorum a parentibus in iheruſalem poſt triduum cum ſapientibus in templo inuentus eſt. ex Lu. ca. ij. De carne. ideſt qd̃ ad humanitatẽ pertinet. Aeuiq; meatus. ideſt ętatis curſus. idem dicit. Corde. Sapientia vnde cordati ſapientes et vecordes inſipientes. Emeritus magiſter. ideſt qui per omnes gradus nõ modo ad magiſterij culmẽ peruenerat: ſʒ tanq̃ emeritus ⁊ extra omnez ingenij aleam poſitus.

## Jeſus duodecim annorum.

Aſt vbi biſſenos aetatis contigit annos
Hoc ſpaciũ de carne trahẽs: aeuiq; meatus
Humana pro parte tulit: ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior. legiſq; magiſtros
Inter vt emeritus reſidebat iure magiſter.

## Chriſtus baptizatus a ioanne.

Nec mora (quas etenĩʒ volitãs ꝑ tpa mũd⁹
Nouit habere moras) vſus maiore iuuẽta
Sex q̃ſi luſtra gerens placidã iordanis ad vndam
Venit: vt acciperet hoc quod dare venerat ipſe.
Hunc baptiſta potẽs vt vidit ab amne ioannes:
Quem matris dũ ventre latet: nondumq; creat⁹
Senſerat: obſtruſo iam tunc ſermone prophetae
Vt mutuo genitore ſilens: cui munera linguae
Poſt noni tacitura diu ſpiramina menſis
Partu reduntus nato: mox praedicat agnus

Nec mora. Quomodo ieſus venit ad iordanem vt baptizaretur a ioanne. ex Matth. ca. iij. Luce. ca. iij. Nec mora. Nõ q̃ non fuerit mora a diſputatiõe duodenis chriſti in templi ad baptiſmuʒ ipſius quod fuit cuʒ eſſet triginta annoꝝ: ſed quod omne tempus eſt breue dicit Sedulius. qd vero chriſtus medijs illis duodecim annis egerit euangeliſtę non dicunt. Sex luſtra. id eſt triginta annos more vulgi ſupputando cuiq; luſtro quinq; annos. Quod venerat dare. ideſt baptiſmum ab amne ioannes. ſyllabam longam breuiant in hoc nomine Joannes. Ab amne. Juxta quod aut in quo erat alios baptizans: et eſt ordo vt vidit ab amne. mox predicat. Ecce agnus dei ⁊c. Nonduʒ creatus. i. natus. Obſtruſo ſermone prophetę. i. zacharię patris ſui gutture clauſo ne loqui poſſet. Fluẽs. forte legendũ ſilens qꝛ muto patre non decebat vt filius loqueret̃. Munera linguę. i. officia reſtituuntur. Partu nato. i. filio in lucem edito. et hoc Poſt ſpiramina noni menſis. per quod tempus zacharias fuit mutus. Tacitura diu. ideſt per ſpacium illud nouimeſtre tacentia. Nam ex duobus gutturis officijs hoc eſt ſpiranee a altero impedito vſus eſt altero. Ecce agnus dei ecce q̃ tollit ⁊c. hoc ex Joanne. ca. primo inſertum eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Paccatum mundi. Sic habetur in greco. ſic in codicibus antiquis latinis. nõ peccata: ſenſus tamen idem. Tollit mihi. i. a me. Qualiter. Comparatio eſt ꝗ queadmodũ lux expellit tenebras ipſe nihil habẽs in ſe tenebricoſum: ita xp̃s peccata mũdauit nullũ habẽs ipſe peccatũ. Propriũ ſerenũ. i. ſerenitatẽ. Illeſis vultibus. i. ſine vlla lucis offenſione. Procul a tactu. i. a contagione ipſius

Ecce dei veniens peccatum tollere mundi.
Tollere cum dicit: qd̃ non habet hoc mihi tollit.
Non mala vt ipſe gerat: ſed vt illa nocẽtia perdat
Qualiter in medias cum lux praeclara tenebras
Funditur: et proprium non obfuſcata ſerenum
Decutit expulſas illaeſis vultibus vmbras:
Sic delicta fugans ſaluator noſtra gerendo
Terſit: ⁊ a tactu procul euaneſcere iuſſit.
Tum vada torrentum ſimplex ingreſſus aquaruꝫ
In ſe cuncta lauat noſtrae contagia vitae:
Ipſe nihil quod perdat habẽs: ſanctoq̃ liquẽtes
Corpore mundauit latices: lymphaſq̃ beauit
Gurgitis: ⁊ proprijs ſacrauit flumina membris.
Senſere elementa deum. mare fugit: ⁊ ipſe
Iordanis refluas curſum conuertit in vndas.
Nã q̃ ꝑpheta canẽs qd̃ nã eſt mare: qd̃ fugis inq̃t:
Et tu iordanes retro quid ſubtrahis amnem:
Ergo vbi fluminei poſt myſtica dona lauacri
Egrediens ſiccas dominus calcauit arenas:
Confeſtim patuere poli: ſanctuſq̃ columbae
Spiritus in ſpecie chriſtum veſtiuit honore:
Manſuetumq̃ docet: multumq̃ incedere mitem
Per volucrem quae felle caret. natoq̃ vocato

Simplex: ĩgreſſus i. xp̃s ſolo ingreſſu. Vada aquarũ torrẽtũ. Aquaruꝫ ſupplẽda eſt in ꝓpoſito aut legendũ. tũ in vada In ſe. Dñ ipſe lauat Qd̃ perdat. Non peccatuꝫ non aliquid aliud. Refluas. ideſt retro hoc eſt in fontem fluẽtes. Propheta pſalmo. cxiij. Quid eſt tibi mare qd̃ fugiſti ⁊ tu iordanes: q2 conuerſus es retrorſum. Myſtica dona. Que deſignabant baptiſmum qd̃ poſt paſſionẽ oẽs lauandi erãt Arenas ſiccas. q̃ erat ad iordanis ripam. Veſtiuit chriſtum honore quaſi nudũ ex baptiſmo: ſp̃uſſctũs ĩ colũbe ſpecie veniens obũbrauit illũ. qd̃ vero dicit honore: ad patris verba honorifica referẽdũ eſt. Hic eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi cõplacui. Per volucrẽ q̃ felle caret. Sic eniꝫ vulgo perſuaſuꝫ eſt colũbã felle carere. que vel ex ea cauſa mitis ⁊ placida eſt auis. Natoq̃ vocato. ſenſus eſt ex hoc probatur deũ eſſe triplicẽ. i.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

triнū in ꝑſonis: q̄ ſupueniēte ſpū ſancto in colūbe ſpecie: pater appellat filiū dicens. Hic eſt filius meus dilectus. Unum. ſcilicet deū in ſubſtātia vel eſſentia.

Tum de quaterdenis. Quomodo poſt baptiſmum Jeſus temptatur a diabolo. ex Matth. caplo. iiij. et Luca. caplo. iiij. Plenum ſacro ſpiramine. ideſt ſpiritu ſancto: a quo ductus eſt in deſertum. Inſidijs. ideſt inſidians vel ex inſidijs. Temptator. qui grece diabolus: latine eſt calūniator interpretatur. Per artem. ideſt per dolum: quo ſemper vtitur. In opem panis. ideſt in panem quo ieiunio ventri opituleris Tanquā nō ſemper: quaſi velit dicere Sedulius: quotidie hoc agit Viſcera terrę ſaxea. ideſt terram ſaxis permixtam Ariſtis frugiferis pro ſpicis poſuit cum in culmo nihil ſit infructuoſius ariſta. Hac voce. ſcilicet non in ſolo pane viuit homo. ⁊c. Labefactus. ideſt commotus et labans. hoc eſt dubitans quid faceret Altera arma. i. cōſilia. Verg. ij. eñ. Et querere cōſcius arma. Vipereis venenis. q: nihil niſi q̄d mortiferū eſt cogitat ī hominē. Petit mōtana. Sedulius in hoc ordine temptādi lucā ſequit̄. Quę prepoſtere mattheus ꝓſequit̄. Quātū ꝑuerſus q: qualis quiſq; eſt talia loquit̄. Scilicet verba ſunt auctoris ironice proferēda q̄d per particulā ſcilicet deſignat̄. Vergilius. Scilicet is ſuperis labor eſt.

Voce patris triplex deus hac ratione probatur
Quod pater ⁊ natus q̄d ſpiritus eſt ibi ſanctus:
Quo manet indignus qui non numerauerit vnū.

Jeſus temptatur a diabolo.

Tum de quaterdenis iā noctibus atq̄ diebus
Jeiunium dapibus ſacro ſpiramine plenum
Inſidijs temptator adit: doctuſq̄ per artem
Fallaces offerre dapes ſi filius (inquit)
Cerneris eſſe dei: dic vt lapis iſte repente
In panis vertatur opem. miracula tanq̄
Haec eadem non ſemper agat: qui ſaxea terrae
Viſcera frugiferis animans foecundat ariſtis:
Et panem de caute creat. Hac ergo repulſus
Voce prius: hominem non ſolo viuere pane
Sed cuncto ſermone dei labefactus ⁊ amens
Altera vipereis inſtaurans arma venenis
Cum domino montana petit: cunctaſq̄ per orbē.
Regnorum monſtrauit opes haec omnia dicens
Me tribuente feres: ſi me proſtratus adores
Quantum peruerſus tantum peruerſa locutus
Scilicet vt fragiles regni affectaret honores:
Qui populis aeterna parat. monſtrūq̄ nefandū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Super ethera ſedes. Juxta illud pſalmi. x. Dominus in celo ſedes eius. Eſaie vltimo. Coelum mihi ſedes eſt: terra autem mihi ſcabellum pedum meorum et illud Matthei caplo. v. Non iurare neq per coelum. quia thronus dei eſt. Neq per terrã: quia ſcabellum pedum eius eſt. Quem nullus cernit. Joannis caplo primo. Deũ nemo vidit vnq̃. Om̃is poteſtas. ⁊ p poteſtates intelligero

Pronus adoraret: cuius per aethera ſedes.
Terra pedũ locus eſt. quẽ nullus cernit: ⁊ omnis
Laudat in excelſis ſumiſſa voce poteſtas.
Chriſtus ad haec. tantũ dominũ ſcriptura deũq
Juſſit adorare: et ſoli famularier vni.
His quoq deficiens: cõgreſſibus audet iniquis
Ter ſeſe attolens animo perſtare ſuperbo
Terq volutus humo fragili confidere bello
Tunc aſſumpſit eum ſanctam ſceleratus in vrbem
Et ſtatuens alti ſupra faſtigia templi:
Si natum genitore deo tute aſſeris inquit
Impigere ſumo demiſſus labere tecto
Nam ſcriptura docet: de te mandaſſe tonantem
Angelicis ſubuectus eas vt tutior vlnis
Ad lapidem ne forte pedem collidere poſſis.
O quam caeca gerit nigro ſub pectore corda
Mens tenebris obſcura ſuis: hunc ardua templi
Culmina ⁊ erectae q̃uis fatigia pinnae

liquos omnes ordines. Voce ſummiſſa. pſal. lxxiij. Te decet hymn⁹ deus in ſyon. pro quo in hebreo ſilentium ſiõ habetur. Scriptura deuteronomij capitlo. vj. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota aĩa tua ⁊c. His qz ſupioribꝰ duabꝰ tẽptãdi vijs. Iniquis congreſſibꝰ quia nõ erant ad certandum pares Ter. ideſt tertio. Audet perſtare. id eſt rebellare. ⁊ confidere. in malam partem. ⁊ eſt Vergilij imitatio

ex. iiij. aeneidos. Ter ſe ſe attollẽs cubitoq immixta leuauit ter reuoluta toro ẽ In vrbem ſanctam. quia in ea erat templum ⁊ verꝰ dei cultus. Faſtigia. quod euangeliſta. Matheus dicunt pinnaculum lucas pinnam que eſt ſumitas. muri. vel alterius rei. Nam ſcriptura docet. Pſalmo. xc. Quoniam deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vlnis angelicis. ideſt intra complexum brachiorũ. Mens obſcura. qualis eſt diaboli. Caeca corda ſub pectore nigro duplex methonymia eſt. pectus pro corde ⁊ cor pro mẽte. que omnia in diabolo nigra atq deprauata ſunt. Hunc ardua templi. Ordo eſt. diabolus credit hunc. ideſt chriſtum. Horreſcere ideſt timere. Ardua culmina templi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In preceps.i. in precipitium ſubaudi poſita. Et faſtigia pinnę.i. pinnaculi. Quamuis erectę.i. quãtumuis ardue. Curauit membra poli. Cum carnem accepit. ex pſalmo.xvij. Inclinabit coelos ⁊ deſcendet. Humillima terre.i. in terra que omnibus mundi partibus inferior eſt. Inferiora.i. humanitatem. Excelſa.i. diuinitatẽ. Confoſſus cuſpide verbi.i. ſaluatoris reſponſo victus. Quod nequiret: ideſt nõ deberet Victoris ſ.chriſti. Coelicole proceres. ideſt angeli. Miniſtri coetꝰ angelici micantes. Idem dicit alijs verbis.

Credidit in preceps horreſcere: maxima ſummi
Curauit qui membra poli: coeloſq; per omnes
Vectus in extremae deſcendit humillima terrae
Inferiora petens et non excelſa relinquens.
Dixerat ⁊ validi confuſus cuſpide verbi
Quod tẽptare ſuũ dominumq; nequiret
Victoris fugit ora gemens. tunc hoſte repulſo
Coelicolae aſſiſtunt proceres: coetuſq; micantes
Angelici chriſto famulantur rite miniſtri.

## Prima diſpulorum vocatio.

Protinus ergo viros ex piſcatoribus aptos
Humanas piſcari animas: q̃ lubrica mundi
Gaudia ſectantes tanq; vaga caerula ponti
Caecaq; precipites tranant incerta profundi
Diſcipulos iubet eſſe ſuos. taleſq; ſupernae
Conciliat vite: quos non ventoſa loquendi
Gloria: nec vana de nobilitate ſuperbus
Sanguis alit: ſed fama tacẽs humiliſq; refulgẽs
Mente nitor coelo faciat de plebe propinquos.

Protinus ergo. Quod ambulans Jeſus iuxta mare galileę vidit duos fratres. Petrum et andream. et paulo poſt Jacobuz et ioannem filios zebedei: quos omnes quattuor in diſcipulatum vocauit. Ex matth. capitulo.iiij. Protinus non ſtatim poſt diaboli temptationẽ quia poſtea rediit in galileam et moratus eſt capharnaum: et inde vocauit diſcipulos. Ergo protinus. ideſt paulo poſt Viros ex piſcatoribus. Ordo eſt: iubet eſſe ſuos diſcipulos viros ex piſcatoribus aptos piſcari animas humanas. quę ſcilicet animę. Tanq; cerula vaga. ideſt maria ſpacioſa huius mundi. de quo in pſalmo.ciij. Hoc mare magnum et ſpacioſum. Tranant precipites. ideſt mente perturbati quaſi natando errãt Tales.q.d. ſimplices. Mites humileſq;. Gloria loquendi. ideſt non oratores ⁊ philoſophos. Superbus ſanguis. ideſt generoſus qui facit homines ſuperbos. Fama tacens.i. obſcura ⁊ non celebris. Nitor refulgens mente. ideſt quorum celebritas tota eſt in animo. De plebe. ideſt de infinita conditione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Stulta.⁊ infima mundi. Ex pri.corin.cap̄.primo. Perdens ſapientia.ideſt ſapientes huius mundi.perdam inquit ſapientiam ſapientium.

Quin etiam. Docet queādmoduȝ diſcipuli debeāt orare et exponit orationem dominicaȝ hoc eſt pater noſter.ex Mattheo capi.vj.et Luca.xj. Celerem ſalutem breuiter orando quam celeriter praeſtabit. Indulgenda. ideſt concedenda. Baptiſmate.quo facti ſumus illius filij adoptiui. Iure ſuum.ideſt per naturaȝ. Proprium honoreȝ ſcilicet filiationis cō municauit nobis. In ipſo fratres. Or ſi filij dei patris ſumus ergo xp̄i fratres. Germanum odium. Ad illud referenduȝ ꝙ caim abel fratrem occidit. Origine mundi. ſupplēda eſt prepoſitio in vel ab Spiritus igne.i. amore. Nouū geſtare hominē Ad epheſios.iiij. Induite nouū hominem qui ſcd̄m deum creatus. Terrena degenerēt a deo.i.homīes deſinant eſſe filij dei.cui gratia chriſti fecit nos filios adoptiuos. Sanctificetur vbi.Secunda petitio ⁊ legendum interrogatiue quaſi dicat.Nuſquam ſanctificādus eſt niſi in corde puro. Annuat ipſe prior. Senſus eſt vt nos poſſimus illū ſanctificare:ipſe prior debet nos ſanctificare per gratiā preueniēdo. vt cū nos illū ſanctificauerimus in nobis tunc ille ſanctificet nos in ſe. Sicut benedicier idem. Per ſimilitudinē loquēdi modū exponit qd̄ de ſanctificatiōe dicit

Nam qui ſtulta potens elegit ⁊ infima mundi
Fortia confringens deus ⁊ ſapientia perdens.

Docet diſcipulos orare.

Quin etiaȝ celerem cupiens cōferre ſalutem
Orandi praecepta dedit: iudexq̧ benignus
Indulgenda peti breuiter iubet:vt cito praeſtet:
Sic dicens.orate patrem baptiſmate noſtrum
Iure ſuum propriumq̧ homini conceſſit honorē
Et quod ſolus habet cunctos permiſit habere
Qui dominum coeli patrem memoramus:in ipo
Iam fratres nos eſſe decet:nec origine mundi
Germanum tractare odium:ſed ſpiritus igne
Flagrantes abolere doli monumenta vetuſti.
Atq̧ nouū geſtare hominem:ne forſan ab alto
Degenerent terrena deo:cui nos duce chriſto
Fecit adoptiuos coeleſtis gratia natos
Sanctificetur vbi dominus:qui cuncta creando
Sanctificat:niſi corde pio:niſi pectore caſto
Vt mereamur eum nos ſanctificare colendo:
Annuat ipſe prior.ſicut benedicier idem
Se iubet a nobis:a quo bendicimur omnes.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Adueniat regnum tuum. Tertia petitio que eſt retributio iuſtorum. Quod ſubaudi regnum. Vocans morte. ideſt immortale. Fine carens. ideſt intermi‑nabile. Nulla tempora. quia illius duratio non menſuretur tempore. Sine no‑cte dies quia ibi nulla eſt viciſſitudinis obumbratio: ſed lux quedam inacceſſi‑bilis. De qua prima timoth. cap. vj. Principe chriſto. Qui eſt caput eccleſie:

Adueniat regnum iamiam: quod: ſcilicet illud
Morte vacans: ⁊ fine carens. cui nulla ꝑ aeuum
Tempora ſuccedunt: quia neſcit tempus habere
Continuus ſine nocte dies. vbi principe chriſto
Nobile perpetua caput amplectente corona
Victor opima ferens gaudebit praemia miles.
Hoc iugibus votis hoc nocte dieq; precemur:
Illius vt fiat coelo terraq; voluntas:
Qui nuſq̄ vult eſſe nephas: hoſtemq; nocentem:
Atq; polo ſic pellat humo. nec corpora noſtra
Tanq̄ vile ſolum ſaeuus ſibi vindicet hydrus.
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundās
Omnipotens: animas pariter conſeruet ⁊ artus.
Altera pars etenim coeli ſumus altera terrae.
Annoſam fidei ſperemus pane diurno:
Ne mens noſtra famen doctrinae ſentiat vnq̄
A chriſto ieiunia ſuo: qui corpore ⁊ ore
Nos ſaturat ſimul ipſe manēs verbumq; cibuſq;
Dulcia nam domini noſtris in faucibus haerent
Eloquia: exuperantq; fauos atq; omnia mella.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus:

cuius nos ſumus membra. Nobile caput. ideſt nobilitatū. Praemia opima. ſicut ſpolia opima dicebātur q̄ de rege victo ferebat rex victor. Atq; polo ſic pellat humo. ideſt ſicut in coelo ⁊ in terra. i. ſic in anima iuſti ita et in carne: q̄ ſtatiꝫ declarat dicēs Nec hydrus ſeu ideſt ſerpēs antiquus. Vindicet ſibi. ideſt approp‑riet. Tanq̄ vile ſolum. ideſt terrā inertem ⁊ alludit ad ſerpentis naturam q̄ terra veſcit̄ vt dicit Verg. Nigris ex eſachelydris. Animas ⁊ art9. Que per coelum ⁊ terram intelliguntur. Annoſam fidei. Quae per panem quotidianum. et eſt quarta petitio. Ieiuna a chriſto. ideſt illius expers ⁊ vacua. Corpore ⁊ ore ideſt ſui corporis ſacramento ⁊ verbi predicatione. Verbum ⁊ cibus. Quoruꝫ vtrūq; ad anime refectionem pertinet. Dulcia nam domini. ex pſalmo. cxviij. Quam dulcia faucibus meis eloq̄a tua ſuper mel ori meo. Debita laxari. Quinta petitio eſt. Eſt aūt laxari debita. i. cōdonari ⁊ remitti nobis peccata nr̄a quib9 era

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus obnoxij atq; deuincti. nam laxare eſt: quod vinctum eſt ſoluere. Laxemus. Subaudi ijs qui nos offenderunt. Nā cautio. ideſt inſtrumentū ſiue cōtractus corā tabellione et teſtibus in quo quis ſe obligauit. Tenet ſpōdentes. i. obligat Soluti. i. venie cōdonati. Uincula alterius. i. alterū venia proſequi. Incipietq; pius. hoc ex euangelio Matth. cap. xviij. De domino qui remiſit ſeruo debitori decem mille talēta: ijſq; deinde conſeruum debētem ſibi centū denarios / cogebat vt redderet. Tradere. Ordo eſt incipiet tradē nos tortoribus. Abire. ſcz. ex carcere. Ad breuem quadrantem. ideſt nouiſſimum vt euangeliſta dicit. Non quod nos hec eſt ſexta petitio. Dominus lucis. qui dixit Joañ. viij. Ego ſum lux mūdi. Semita pacis de qua Luce primo. Ad dirigendos pedes noſtros in viā pacis. In laqueos temptātis. ideſt diaboli. Prima timothei vj. Mala noſtra.

Nos quoq; laxemus: proprij nam cautio verbi
Spondentes manifeſta tenet: grauiuſq; ſoluti
Nectimur: alterius ſi ſoluere vincula negamus.
Incipietq; pius decies millena talenta
Dimittens dominus: ſi nos affligere propter
Denarios centum conſeruum ſenſerit vllum
Tradere confeſtim tortoribus. namq; feroci
Carcere conſtricti nō permittemur abire:
Donec cuncta breuē reddamus aduſq; q̄drantem.
Non quod nos dominus lucis via ſemita pacis
In laqueos tēptantis agat: ſed cum mala noſtra
Deſerit: ire ſinit. nam quiſquis retia mundi
Delicioſa ſequens luxus et gaudia blandae
Perditionis amat: deus hunc virtutis amator
Linquit: et ingredietur qua ſe temptatio ducit.
Ab hac ergo pedem retro faciamus: et arctum
Corde petamus iter: tenuis qua ſemita monſtrat
Ire per anguſtam regna ad coeleſtia portam:
Si cupimus vitare malum: debemus adire
Sectariq; bonum. hic quia liberat: ille trucidat.

ideſt nos qui mali ſumus ire ſinit. Tanq̄ deſperans de noſtra ſalute. Nā quiſquis pluribus verbis adhuc exponit: quod dixerat. Qua temptatio ducit: q2 derelictus a deo trahitur aut ducitur a cōcupiſcencia ſua. Ab hac. ſcilicet temptatione. Arctum iter. quia arcta eſt via que ducit ad vitā. Matthei capitulo ſecūdo. Que ſententia ſimilis illi apud heſiodum. Sudorem poſuere dici virtutis ad arcem. Deinde ſubdit ſeptimaz petitionem dicens. Si cupimus vitare malum. Juxta illud pſalmographi. Declina a malo et fac bonum. Sed hic genere maſculino malum pro diabolo bonum pro deo accipere debemus.

Nam quantum ſydera terris. comparationes ſunt notę. Dextrum aut leuum iter. vt dextrum ſit bonorum: leuum malorum. Perſius. Surgentē dextro mō ſtrauit limite callem. Patriarcha. ſ. Abraam. Jn tuos ſinus. quo iuſti deſcendebant ante paſſionem ſaluatoris: nunc vero per ſinus Abraam intelligimus regnum celorum: quo duce chriſto et ipſe peruenit. At leua malorum. ex. Uer. vj. eneiḋ. eſt ſumptum. Eſt hec voluntas. ideſt eſſe debet. Bona libertas: quia quēadmodum qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: ita e diuerſo: qui ſeruit deo liber ē vera libertate. ad quaꝫ ſequitur gehēne fuga. ⁊ eterne beatitudinis conſecutio.

Hic alit: ille necat. nam quantum ſydera terris:
Jgnis aquis: lumen tenebris: concordia bellis:
Uita ſepulturis: tantum bona longius abſunt
Diſſociata malis. dextrum cuicūq; neceſſe eſt
Aut leuum gradiatur iter. ſed dextra bonorum
Semita conſpicuos vocat in ſua gaudia iuſtos
Jnq; tuos patriarcha ſinus. At leua malorum
Exercet poenas: ⁊ ad impia tartara mittit.
Ergo agnis ouibuſq; dei eſt haec ſola voluntas
Et bona libertas: euadere torua cruenti
Ora lupi: vitaq; frui per paſcua Chriſti.

## Coelij Sedulij mirabilium diuinorum. Liber tertius.

### Aquae in vinum mutatio.

Ria ſue dn̄s thalamis dignat⁹ adeſſe
Uirtutis documēta dedit diuinaq; pn̄s
Paſcere nō paſciveniēs mirabile fuſas
Jn vinū cōuertit aq̄s. admittere gau-
Pallorē latices. mutauit laeta ſaporem (dent
Unda ſuum largita merum: menſaſq; per omnes
Dulcia non nato rubuerūt pocula muſto.

Prima ſue dominus. Quomodo Jeſus vocatus ad nuptias in cana galilee cum matre ⁊ diſcipulis: deficiente vino: aquaꝫ in vinuꝫ mutauit ex Joanne. capi. ij. Thalamis. ideſt nuptijs. Documenta ſue virtutis. ideſt experimenta ſue potentie. Mirabile interiectio eſt pro res miranda. Aquas fuſas. Jntellige in hydrias. Pallorem. qui color et vini optimi in genere vini albi giluuꝫ apellat A. gellius. Unda lęta. Cum tranſiret in aliam ſpeciem. Rubuerunt. i. in vinum rubrum mutata ſunt: vt quędam ex hidrijs aque in vinum giluum: quędaꝫ in rubrum mutata ſint. Non nato muſto. ideſt non natiuo. nam alias ex muſto fit vinum. Sex la-

cus. Lacus proprie ſunt receptacula illa in quę defluit muſtũ extorculari: ſed hic pro hydrijs poſuit. Hoc nectare. id eſt vino coeleſti. nam nectar potus deorum eſt. Vitis ferax. Joannes. capitulo. xv. Ego ſum vitis vera. Virtute colona. id eſt virtute et poteſtate ſua agricolante. Pampinus mitis. id eſt vir iuſtus ipſo dicente. ego ſum vitis et vos palmites. Sub cuius tegmine. id eſt protectione: quia palmes niſi in vite non viuit.

Impleuit ſex ergo lacus hoc nectare Chriſtus
Quippe ferax qui vitis erat virtute colenda
Omnia fructificans. cuius ſub tegmine blando
Mitis in occiduas enutrit pampinus vuas.

## Reguli filius curatur.

Regulus at nato quidam moriente rogabat
Flebilis et ſuplex dñm: quo viſeret egrum
Febre laborantem puerũ: trepidamqȝ vexaret
Labi animam de ſede ſua. tunc larga poteſtas
Credenti que nulla negat: nec dona retardat
Velocem comitata fidem: ſermone ſalutem.
Concedens facili viuit iam filius inquit
Perge tuus: quãtum imperij fert iuſſio chriſti:
Non dixit victurus erit: ſed iam quia viuit.
More dei: qui cuncta priuſqȝ nata videndo
Praeteritum cernit: quicquid vult eſſe futurum:
Inde ſalutiferis indecens greſſibus vrbes
Oppida. rura. caſas. vicos. caſtella peragrans
Omnia depulſis ſanabat corpora morbis.

## Leproſus mundatur.

Regulus. de filio reguli a ſaluatore noſtro capharnaum ſanitati reſtituto. Ex Joanne capitulo quarto. Quo viſeret. pro viſitaret. Animam trepidam: quia cuiqȝ viuere ipſum dulce eſt. De ſede ſua: id eſt de corpore qđ eſt quaſi anime domicilium. Nulla negat. quia fidelis nihil poſtulat niſi qđ honeſtuȝ eſt. Comitata fidẽ. quia dona ſtatiȝ ſequũtur credenteȝ. Facili ſermone id eſt ſolo verbo. Perge. Per parẽtheſim dictum eſt. i. vade et vide an ita ſit. Quãtuȝ imperij. Per admirationẽ legendũ eſt. i. qȝ imperioſa ẽ. Priuſqȝ nata vidẽdo. Videt Sedulius intelligere qđ cũ ſaluator nr̃ dixit regulo. filius tuus viuit: nõ illico ſanatus eſt ſȝ poſtea: ex eo qđ iam erat illi praeſens ſiue pteritũ qđ apud alios erat futurũ: ſȝ ex euãgeliſte cõtextu facile colligit qđ qua hora dixit filius tuus viuit. eadẽ et ſanatus eſt: Vrbes. Omne oppiduȝ eſt vrbs pter Romã: q nõ eſt oppidum. Rura: quę colũtur. Caſas. tuguria in agris. Vicos. qui muro nõ ſunt circũdati ſicut caſtella q̃ nõ ſunt muro cincta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecce autem. Quomodo deſcendente Jeſu de monte vbi longum ſermonē fecit: mūdauit leproſum ex Matth. cap̄. viij. ⁊ Luca. cap̄. v. Plus miſer cādore miſer. i. lepra candida: quam latini vitiliginē gręci alphon vocant proprie. nam lepra omnis foeda cutis deformatio eſt. Ut chriſtus inquit. ideſt dixit volo mundare. Una cutis. ideſt continuata. ⁊ vnius coloris. Figuraȝ peregrinam. ideſt aduenticiam et non propriā. Magis in ſuo colore. ideſt proprio et naturali. Uix eſt agnitus. ab ijs qui illū antea cognoſcebant.

Ecce autē mediae clamās ex agmine turbae
Leproſus poſcebat opem: varioſq; per art⁹
Plus candore miſer. ſi vis dn̄e inquit ab iſtis
Me maculis mundare potes. volo xp̄s vt inquit
Confeſtim redit vna cutis: proprioq; decore
Laeta peregrinam mutarunt mēbra figuram:
Inq; ſuo magis eſt vix agnitus ille colore.

Socrus petri curatur a febre.

Forte petri validae torquebat lāpadis aeſtu
Febris anhela ſocrū: dubioq; in funere pe-
Saucia ſub gelidis ardebat vita periclis. (dens
Immēſuſq; calor frigus loetale coquebat.
At poſtq̄ feſſos domini attigit artus.
Igneus ardor abit: totiſq; extracta medullis
Fonte latentis aquae cecidit violentia flammae.

Demoniacos curat.

Quin etiam rapidas nigrorū depulit iras
Spirituū: ne flatus atrox laceraret iniqua
Peſte homines: operiſq; dei vexaret honorem
Quem norat non eſſe deum paſſimq; cateruas
Ut prius innumeras pulſo languore ſaluti
Reddidit: et varia populos a clade leuauit.

Forte petri Socrum ſimonis petri febricitantē dominus per impoſitionē manus curauit. Ex Mattheo. ca. viij. Luce. iiij. Aeſtu lampadis. ideſt calore febris. anhela. i. quę illā pre nimio calore cogebat. Anhelare. i. crebros ſpiritus ducere. Periclis gelidis. ideſt mortiferis. Uer. Et cū frigida mors aīa ſubduxerit artus aut ad horrorem qui febrem pręcedit referendum eſt. Unde ſubdit frigus loetale coquebat. Fonte latentis aquę. ideſt chriſti qui eſt fons aquae ſalientis in vitam ęternam. Joannis. capitulo. iiij.

Quin etiam. Quod ſaluator noſter demonia habentes et varijs languoribus ęgrotātes curabat. Ex Math. ca. iiij. Spirituū nigrorū. i. demonū Operis dei. i. hominis. Quem norat non eſſe deum. quid ſi legas non eſſe reū ideſt culpa dignum vt ſtet ſenſus. Ut prius. ideſt quēadmodum ⁊ prius fecit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inde marina. Quomodo chriſto in naui dormiente iugruit tempeſtas valida:quia a diſcipulis excitatus tempeſtatem ſedauit. Ex Mattheo capitulo. vij. et Luca. vij. Marina littora maris. Algas arentes. Quas vnde ad littus appulerant. conſcendens robora cymbę. ideſt cybam roboream proprie aut ligneam ſi largo modo accipiatur. Librabant carbaſa. ideſt moderabant vela carbaſina. ē autem carbaſus lini quoddam genus. Ponto placido. i. trāquillo. Puppis ſecura acta flabris. ideſt impulſa ventis:a flando dicta flabra. Fera hyems. ideſt tēpeſtas valida Vergili9 noctē hyememqꝫ ferēs. Vertit̄. Miſcet̄ ꝛ perturbatur Vada falſa. i. maria dicta qđ p ea naufragantes vadant. Perculerat. ideſt perturbauerat. Naufraga brachia. ideſt ipi naufragi. Tēdere. i. natādo iactare. Maieſtate vigil. q2 dormiebat hūanitas et vigilabat diuinitas. Cātico. v. Ego dormio ꝛ cor meū vigilat. Quia non dormitat:ex Pſal. cxj. Nō dormitabit neqꝫ dormiet: qui cuſtodit iſrael. Qui es. i. ſonus:quēadmodū vigilia eſt labor. Verg. Dulcis ꝛ alta quies. Nil vota moratus. i. non expectās vt diſcipuli cōciperēt vota naufragorū more. Miteſcere imperat. i. vt miteſcāt. Dicto citius. i. breuiore tempore q̄ dici poſſet. et eſt Ver. pri. eñ. Sic ait ꝛ dicto citius tumida ęquora placat. Nō erat Senſus eſt. q̄ illa ventorꝫ mariſqꝫ cōcitatio nō ſeuiere volebāt in xp̄m: immo geſtiebāt illi in ſeruire atqꝫ obſequi impio illi9. Audacia pugnax. i. vt pugnaret vires tru

## Tempeſtas ſedatur:

Inde marina petens arētes greſſibus algas
Preſſit:et exiguae cōſcēdens robora cymbae
Aequoreas intrauit aquas:dn̄mqꝫ ſequentes
Diſcipuli placido librabant carbaſa ponto.
Jam procul a terris ferat ratis:actaqꝫ flabris
Sulcabat medium puppis ſecura profundum
Cū ſubito fera ſurgit hyems:pelaguſqꝫ procellis
Vertitur:ꝛ trepidam quatiunt vada falſa carinaꝫ
Perculerat formido animos:ſeſeqꝫ putabant
Naufraga littoreis iam tendere brachia ſaxis.
Ipſe autem placidum carpebat pectore ſomnum
Maieſtate vigil. quia non dormitat in aeuum
Qui regit iſrael:nec prorſus dormiet vnq̄.
Ergo vbi pulſa quies:cunctis clamantibus vna
Voce ſimul miſerere citus:miſerere perimus.
Auxilio ſuccurre pio:nil vota moratus
Exurgens dominus validis miteſcere ventis
Imperat:et dicto citius tumida aequora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ces. ideſt terribiles. Flamina. ideſt ventos. vt ſupra flabra. Exiliens chriſto. ideſt pre nimia leticia illi exultans. Imum fretum. ideſt ab imis ſedibus mare profundum. Obſequio. ideſt vt illi obſequatur. Gaudia ventorum. ideſt venti gaudentes. Mouerunt pennas. venti namq; a poetis finguntur alas habere. Iuuenalis. Nam dum ſe continet auſter dum ſedet et madidas ſiccat in carcere pennas.

In dominũ: tumidas que ſurgere cogeret vndas
Nec metuenda trucea agitabant flamina vires:
Sed laetum exiliens chriſto mare cõpulit imũ
Obſequio feruere fretum: rapidoq; volatu
Mouerunt auidas ventorum gaudia pennas.

Duo demoniaci liberantur.

Interea placido trãſuectus marmore puppis
Liquerat: et medios luſtrabat paſſibus agros
Cum procul e tumulis gemino ſtridore ruentes
Proſiluere viri: quos non mala daemone pauco
Sed legio vexabat atrox. nexuq; cruento
Saeua catenatis geſtabant vincla lacertis.
Angebat quoq; poena duplex. en dira furoris
Condicio. qui vim patitur magis ille ligatur.
Tunc domini praecepta tremens exire iubentis
Spiritus infoelix hominem non audet adire
Effigiem reuerens: quã chriſtum cernit habere:
Sed pecus immũda gaudens lue: ſemper amicũ
Sordibus atq; olido conſuetum viuere coeno
Pro meritis petiere ſuis. triſteſq; phalanges

Interea. quo pacto ſaluator noſter i terra geraſenorum duos demonia habentes liberauit Ex Mattheo ca. viij. placido marmore. ideſt mari: vt ſupra. Viri ꝓſiluere: ſcilicȝ illi duo demoniaci. at qui Marcus et Lucas vnum tãtum dicũt. Quos non mala. Repete ab inferioribꝰ vexabãt. Pauco demone. i. pauci demones mali. Legio atrox. ideſt tanta multitudo quanta eſt militum in legione. Geſtabãt vincla. non tũc. quia ruptis vinculis eo confugerant. vt Lucas caplo. viij. et Marcus. caplo. v. narrant. Poena duplex. ſcilicet demonum et vinculorum. Magis ligatur. cum furioſi ne vim inferant vinciri debeant hi qui vim patiuntur: magis ligãtur. Effigiem. ideſt oris vultuſq; maieſtatem. Sed pecus. Ordo eſt. Sed petiere pecus. Gaudens lue immunda. ideſt gregem porcorum. Amicum ſordibus. Horatius. Vixiſſet canis immundus vel amica lutoſa. Phalanges. ideſt legio illa. Linius Phalanges lingua Macedonum: appellantur cunei. Vegetiuus: phalangem

dici habere tria milia armatorū. Niger hoſpes ideſt demon ſiue genius niger.

Hinc alias. Quo pacto cum veniſſet ieſus in patriam ſuam nazareth ſiue capharnaum curauit paraliticum. Ex mattheo. ca. viij. atq; alijs tribus. Natale ſolum ideſt patriam. Sed Marcus cap. ij. dicit hoc factum eſſe capharnaum: Matheus nazareth videtur innuere: cum dicit patriam ſuam. cui aſtipulatur Sedulius. Sunt qui dicunt capharnauz domini patriam: propterea quod erat ciuitas metropolis galilee. et vt hieronymus ait miraculorum domini familiaris. Naſci corpore. Atqui in bethleem natus eſt nō nazareth aut capharnauz. Ergo naſci pro concipi ⁊ educari accipiēdū eſt. Pater ipſe cuz dixit Matth. cap. ij. Quoniam nazareus vocabitur. Viuū iamq; cadauer. i. paraliticum qui et ſi viuit nō habet vſuz membroruz. Bis bina ceruice ideſt quattuor viri ceruicibus illum portantes. Iuuenalis. Cum iam ſexta ceruice feratur. Vix hominem. idem dicit reſoluta membra. Paralyſis enim reſolutio interpretatur. Fluxos per artus. ideſt reſolutos vt ſupra. et quod ſequitur. Neruis demiſſis ideſt reſolutis. Egentem virtutum. Prima vt illi peccata remitteretur: altera vt ſanaretur. Nil moratur iuſſa. ideſt exequens. Aliena veſtigia. ſcilicet illoruz a quibus portabatur. Vectorem ſuum. ideſt ſeipſum: nam vector eſt qui vehitur. vel vectorem ſuum. ideſt grabatum quo vehebatur. Mercede grata. quia ab alijs vehebatur mercede ſed non grata.

Porcinū tenuere gregē. niger. hoſpidus. horrēs.
Talē quippe domū dignus fuit hoſpes habere.

### Paralyticus curatur.

Hinc alias dn̄s pelago delatus in oras
Intrauit natale ſolum: quo corpore naſci
Se voluit: patriam ſibi pater ipſe dicauit.
Ecce aderant viuum portantes iamq; cadauer
Bis bina ceruice viri: lectoq; cubantem
Vix hominē: cui vita manens ſine corporis vſu
Mortis ymago fuit. reſoluta membra iacebant
Officiis deſerta ſuis: fluxoſq; per artus
Languida demiſſis pendebant vincula neruis.
Hunc vbi virtutum dominus conſpexit egentē.
Robore peccatis primum confirmat ademptis
Quae generant augmēta malis: miſeroq; iacēti
Surge ait: ⁊ propriū ſcapulis attolle grabatum:
Inq; tuam deſcende domum: nil iuſſa moratus
Cui fuerat conceſſa ſalus: veſtigia linques
Tandem aliena ſuis laetatur vadere plantis.
Vectoremq; ſuum grata mercede reuixit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Principis. Quo pacto. Jaeris princeps rogat dominum: vt filiam suam mortuam suscitet. id quod fecit sed inter eundum mulierez hemoroissam curauit. ex Matth. caplo. ix. Principis. Lucas nomē expressit Jairum appellans. Clauso die. i. finito. Vergi. pri. enei. Ante diem clauso componet vesper olympo. Auras superas. i. hunc aerem quem spiramus qui respectu inferoruz superus est. Ver. vj. enei. Superasq̄ euadere ad auras. Finis edax. i. mors omnia consumens rodensq̄ Spem prolis. i. filiam ex qua suscepturus erat nepotes. Ver. ij. enei. Quinquagita intus thalami sperāta nepotum. Matura. ad nuptias. Verg. vij. Jam matura viro cum prole. Nomen patris. quia pater et filia nomina sunt ad alia q̄d dicta. Refunde animam. i. iteruz redde. Autor lucis. qui est lux et lucis origo. Ad funera extincte. s. puelle. Vix mouens gressum populo stipantes. i. propter nimiam populi frequentiam. Cruorem inundantem. idest fluxum sanguinis. Tenuerat opes. Distribuendo patrimonium medicis ꝛ pharmaco polis. Domo exhausta. idest re familiari euacuata. Censum cum sanguine. idest patrimonium cum sanguinis effusione. Sano in pectore. idest in corde melius de religione vera sentienti. Fides diues. idest copiosa quippe que fundamētū est aliarum virtutum. Jmmersa. idest inuoluta. Filium christi. subaudi vestis quod euangelista dicit si tetigero fimbriam vestimenti eius.

## Jari filia mortua resuscitatur et hermoroissa curatur.

Principis interea sinagoge filia clauso
Functa die superas moriens amiserat auras
At genitor: cui finis edax spem prolis adultae
Sustulerat: sanctos dn̄i lachrymansq̄ gemēsq̄
Corruit ante pedes vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens miserere parentis.
Orbati miserere senis. modo filia dicens
Unica virgineis nec adhuc matura sub annis
Occidit: ꝛ misero patris mihi nomen ademit.
Affer opem: lapsamq̄ animā per mēbra refunde:
Qui totum praestare potes. hec inquit. ꝛ autor
Lucis ad extinctae pergebat funera gressum
Vix populo stipante mouens. permixtaq̄ turbis
Jbat inundantem mulier perpessa cruorem:
Quae magnas tenuerat opes: vt sanior esset:
Exhaustaq̄ domo: nec proficiente medela:
Perdiderat proprium pariter cū sanguine cēsum.
Ast vbi credentis iam sano in pectore coepit
Diues adesse fides: medijs immersa cateruis
Nititur aduersi vel filum tangere christi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſterius lātes. i. latēter a tergo. Furata salutē. quia furtim tetigit chriſti veſtem vnde conſecuta eſt ſalutē ſubitam. De extrema veſte. i. de fimbria ſiue limbo veſtis. Audax fiducia. i. mulier ex fidei fiducia audens. Dānauit venas patulas. i. obligauit ſiue obſcurauit venas apertas. Naʒ ⁊ dāno pro conſtringo ſiue obligo ſepe legitur. autor marcellus ⁊ Seruius in illud Vergilij. Damnabis tu quoqʒ votis.

Poſteriuſqʒ latens ſubitam furata ſalutem
Extrema de veſte rapit. ſicciſqʒ fluentis
Damnauit patulas audax fiducia venas.
Senſerat iſta deus: cuius de fonte cucurrit:
Quod virtus ſecreta dedit: furtumqʒ fidele
Laudat: et egregiae tribuit ſua vota rapinae.
Ventum erat ad maeſti lugentia culmina tecti:
Deflentemqʒ domū: moriens vbi virgo iacebat
Extremū ſortita diem: trepiduſqʒ tumulatus
Omnia lamentis vlulans implebat amaris.
Funereoſqʒ modos cātu lachrymante gerebat
Tibicen. plangorqʒ fremens cōfuderat aedes.
Ponite ſolicita conceptos mente dolores.
Hic ſopor eſt ſaluator ait: nec funus adeſſe
Credite nec ſomno poſitam lugete puellam.
Dixerat. et gelida conſtrictum morte cadauer
Spiritus igne fouet. verboqʒ immobile corpus
Suſcitat: atqʒ ſemel genitam bis viuere praeſtat.
Obſtupuere animis: inopinaqʒ vota parentes

Siccis fluēt. ideſt exſiccatis fluxibus ſanguinis. Quod virtus dedit. hoc eſt quod euāgeliſta dicit ⁊ ſtatim ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutē que exierat de illo aiebat. Laudat furtum. i. mulierē q̄ ſic inuenit ſalutē dicens illi. Fides tua te ſaluā fecit. Rapine. i. furto. hoc eſt mulieri ſic furanti. Ventum erat. Accedit ſaluator ad domum archiſinagogi vt ſuſcitet eius filiā. Moriens virgo. pro mortua. Tibijcen. id qd̄ alijs in locis diximus. in funere puerorum ſiue puellarum ſolitos fuiſſe adhiberi tibijcines ſicut in funere virorū tubas. Papinius in funere archemori tibia cui teneros ſuetum deducere manes. Hic ſopor eſt. ideſt non mortua puella: ſed dormit. Mortui quoqʒ in ſacris litteris dormire dicuntur: quia ſuſcitandi ſunt in die iudicij. vnde ⁊ coemiterium grecē hoc eſt dormitorium dicitur vbi chriſtiani ſepeliuntur. Poſitam ſomno. ideſt dormientem. Cadauer conſtrictum. ideſt congelatum. Igne ſpiritus contra id quod dixit morte gelida. Verbo. tantum dicens puella ſurge. Genitam ſemel. aut conceptam aut natam. Bis viuere. ſemel in ventre matris atqʒ iterum ſuſcitante illaʒ ſaluatore.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Plangunt per gaudia. quia prius per luctus: nunc per leticiam: nam plangere tantum eſt percutere.

Inde pedem. q post ſuſcitatam archiſynagogi filiam reſtituit viſum duobus cecis. Ex matth. ca. ix. Geminos cecatos. pro duos. Umbras nocturnas. i. cecitatē. Diē clarū. i. lucē. Cognoſſe deū. q nō poſſumus facere niſi illūinati Uidebāt corde. i. credebāt intelligebātq;. Uiā lucis. Illius qui illuminat omnez hominē venietez in hunc mūdum. Tūc cū videbant deuz. ꝛc. Ceca lumina precantū. i. oculi eoꝝ qui petebāt videre. Micuerunt. i. lumen acceperunt. Sub viam dn̄i. ſcz qua gradiebatur. Ignis torpēs. i. languēs. Ora inſtaurata. i. viſui priſtino reſtituta. Tactu ſereno. ſcz ſaluatoris. Radiarūt ſuis lucernis ideſt viderūt proprijs oculis.

Accipiunt: verſiſq; modis per gaudia plangunt.

Duo caeci illuminantur.

Inde pedē referēs gemīos videt ecce ſequētes
Caecatos clamare viros. fili inclyte dauid
Decute nocturnas extinctis viſibus vmbras:
Et clarum largire diem. quam credere tutum:
Quā ſanum eſt cognoſce deū. iam corde videbāt
Qui lucis ſenſere viam. tunc caeca praecantum
Lumina diffuſo ceu torpens ignis oliuo
Sub domini micuere viam. tactuq; ſereno
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.

Mutus ſurdus demoniacus ſanatur.

His ita dimiſſis: alius producitur aeger
Multiplici langore miſer. qui voce relictus
Auditu vacuus ſolo per inania membra
Daemone plenus erat: hūc protinus ordine ſacro
Curauit verſis deus in contraria cauſis:
Daemonio vacuans: auditu ꝛ voce reformans.

Mittit diſcipulos vt curēt aegrotos. ꝛc.

Nec minus interea proprios iubet oīa poſſe
Diſcipulos: totiſq; ſimul virtutib⁹ implēs

His ita. Demoniac⁹ q erat ſurdus ꝛ mutus liberat̄. reſtituitq; vſui audiendi ꝛ loquēdi. Matth. ca. xij. His ſcilicz duobus caecis. Multiplici ſcilicet ſilētio ſurditate demonio. Relictus voce ideſt deſtitutus ſermone. Uacuus auditu. ideſt expers. Membra inania. ideſt inutilia. Cauſis verſis. quia diuerſorum effectuum ꝛ cauſas oportuit eſſe diuerſas.

Nec minus. Diſcipulos mittit cū poteſtate curādi oēs lāgores. ſuſcitādiq; mortuos: idq; gratis q2 grat̄ eā poteſtatē ab ipo acceperūt. ex mattheo cap. x. Uirtutibus. poteſtatibus. Excludite. i. expellite. Sed domus iſrael. ſcz

tantum non genitum. In viam inquit gẽtium ne abieritis. Gẽtes omnes hoc nomine. Senſus eſt: nondum gentes erant adoptate in familiam dei: q̃ poſtea vere dicte ſunt iſrael abdicato populo iudeorũ. Dicite regnũ celorũ. hoc iubet illos predicare. Locum. i. corpora que poſſident. Ac velut hoc dicens. i. quaſi vellet hoc dicere. Ego ſum paſtor q̇ habeo agros proprios ⁊ paſcua: vos autem eſtis miniſtri ⁊ ſubſtituti paſtores: qui nõ debetis meis ouibus vendere paſcua: q̃ illis dedi grat. Doctrina fluens decurret ſcilz qđ ea q̃ gratis a deo accipimus nõ debeamus vendere Qualiter. comparatio eſt quemadmodũ ex vno fonte qui eſt in paradiſo voluptatis: deriuantur quatuor illa ingẽtia flumina: de quibus Geñ. cap. ij. ita ex xp̃o emanauit hec preceptio ſcz gratis accepiſtis gratis date: deinde per diſcipulos atq; illorum ſucceſſores ꝓpagata eſt in praeſentem diem.

Ite ait: et triſtes morborum excludite peſtes:
Sed domus iſrael: quia nec dum nomine gentes
Auxerat hoc omnes: coelorum dicite regnum:
Daemoniis auferte locum, depellite lepram:
Cunctaq; ſubductae reuocate cadauera vitae.
Sumpſiſtis gratis: cunctis impendite gratis.
Ac velut hoc dicens ego vobis quippe miniſtris
Paſcendos cõmitto greges, ego deniq; paſtor
Sum bonus: ⁊ proprios ad victũ largior agros.
Nemo meis ouibus quae ſunt mea paſcua vẽdat
Haec in apoſtolicas ideo prius edidit aures
Omnipotẽs: vt ab his iam ſeſe autore magiſtris
In reliquum doctrina fluens decurreret aeuum.
Qualiter ex vno paradiſi fonte leguntur
Quattuor ingentes procedere curſibus amnes:
Ex quibus in totum ſpargũtur flumina mundũ.

Mancus in ſynagoga curatur.

Exin cõſpicuã ſynagogae ingreſſus in aulã
Aſpicit inualidũ demeſſo corpore mancum
Seminecem membris non totum viuere: cuius
Arida torpentem damnarat dextera partem.
Imperioq; medens gelidam recaleſcere palmam

Exin. Quõ ſaluator i ſynagoga reſtituit ſanitati mancũ quẽdã ⁊ extincte corpꝰ nõ vtile dextre. Ex matth. ca. xij. Cõſpicuã in aulã ſynagoge. Naz in tam celebri vrbe neceſſe erat ampliſſimã fuiſſe extructã ſynagogã. Demeſſo corpe. i. mutilato ab eo ꝙ eſt demeto. is. Hora. pri. ſermõe. Caudãq; ſalacem demeteret. Seminecẽ. i. ſemimortuũ qꝛ in parte viuebat: in parte mortuus erat vñ ſubdit nõ totũ viuere. Dãnarat. i. inutilem fecerat. Medens ſcilicz ſpiritꝰ.

Precipit imperio. verbo tantuz non adhibitis fomentis. Palmam gelidam ideſt torpentem ⁊ quaſi quodam gelu impeditam. Reclareſcere. ideſt explicari ⁊ extẽdi. Diuino more. ſcilicet verbo ſolo aut nutu. Nil tollit ſcilicet pro mercede aut nil diminuit. Reddit omnia. ideſt reſtituit.

EN iterum. Qđ oblatum demoniacum. cecum ⁊ mutum: ſaluator noſter ſanitati reſtituit. ex Matthe. caplo. xij. En iterũ quia ſupra de altero demoniuz habente mentionem fecerat. Ille lubricꝰ chelydrꝰ ideſt ſerpens antiquus lubrica cõuolẽs ſublato pectore terga. Qui liuidus et colore et inuidia vtrũqꝫ eniz liuidꝰ ſignificat. Felle In quo eſt inuidie ſedes. Qui. ij. meta. Pectora felle virent. Gaudet pingueſcere. ideſt paſcitꝰ dannis hominũ qđ ipſum inuidie eſt. Per alternos egros. i. alternatim illos inficiẽs Vocẽ ⁊ lumen. i. vſum loquẽdi ⁊ audiẽdi abſtulit. Furore. i. dãna. Orbũ. i. lumine orbatũ. Lux noſtra. que illuminat omnem munduz. Sermo parentis. i. verbum patris per quorum prius reſtituit ceco lumen per poſterius muto vſum loquendi.

Precipit: ⁊ reddi diuino more saluti:
Sicut ſemper agit: nil tollit ⁊ omnia reddit.

### Daemoniacus idemqꝫ caecus ⁊ mutus curatur

EN iterum veteres inſtaurans lubricus artes
Ille chelydrus adeſt: nigri qui felle veneni
Liuidus humano gaudet pingueſcere tabo.
Quodqꝫ per alternos totiens diſperſerat aegros
Virus: in vnius progreſſus viſcera fudit:
Cui vocem lumenqꝫ tulit. triplicique furore
Saucia membra tenens mutũ quatiebat ⁊ orbũ.
Tunc dominus mundi lux noſtra ⁊ ſermo parẽtis
Sordibus excuſſis oculos atqꝫ ora nouauit
Verbaqꝫ per verbum: per lumen lumina ſurgũt.

### Mulier incuruata ſanatur.

VEnerat ⁊ morbo mulier contracta vetuſto
Nõ ſenio tremebũda gemẽs incurua caducis
Vultibus: et ſolam deſpectans cernua terram
Quae domino miſerante iuges poſt octo decẽqꝫ
Mẽbra leuat meſſes: coelũqꝫ ac ſydera tandem

VEnerat. quod incuruatã mulierem ſurrexit atqꝫ reſtituit ſaluator. ex Luca. capitulo. xiij. Contracta. ideſt vt euangeliſta dicit inclinata: hos greci emproſthotonicos vocant. Morbo vetuſto. quo fuerat detẽta duodeuiginti annos. Non ſenio. quo ſenes incuruantur. Cernua. i. in terrã prona. Meſſes. ideſt annos continuos. Totum orbem ſolis. i. ſolẽ qui ſphericũ corpus habet

Ardentem. Ex opinione antiquoꝝ. qui totum ęthera dicebant eſſe igneę natu re. Erecta. que prius erat curua. Quia quos moraliter exponit.

QUincꝫ de hinc. Quomodo ex quincꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus quincꝫ milia virorum dominus ſaturauit. Ex Matthei. cap. xiiij. In deſerta. vbi hoc miraculum dominus fecit. Moſes typicus. quo duce in deſerto popu

Cernit ⁊ ardentem ſolis reminiſcitur orbem
Totũ erecta vidẽs qꝛ quos malus opprimit hoſtis
Ima petũt: quos Chriſtus alit ſine labe reſurgũt.

De quincꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus.

QUincꝫ de hinc populũ ſeſe in deſerta ſecutũ
Ut typicus moſes veruſcꝫ propheta videret
Antiquam ſentire famem: maioribus actis
Antiquã monſtrauit opem. tunc alite multa
Carnis opima dedit: geminis modo piſcibꝰ auxit
Sufficiẽs tunc mãna pluit: modo panibus amplũ
Quincꝫ dedit victum per milia quincꝫ virorum.
Caetera turba latet: numero nec clauditur illo
Maxima paruoꝝ legio vel maxima matrum.
Quocꝫ magis ſtupeas: cophinos ablata replerũt
Fragmina biſſenos. populiſcꝫ voꝛãtibus aucta
Quae redit a cunctis non eſt data copia menſis.

Chriſtus ambulat ſuper mare.

TAmcꝫ ſeneſcentem gelidi ſub caerula ponti
Oceano rapiente diem: cum palloꝛ adeſſet.

lus mãna paſtus eſt. Maioribus actis. i. miraculis. Antiquam opem. i. ſimileȝ illi antique. Alite multa ideſt multis coturnicibus. Opima carnis. i. carnes opimas et pingues. Auxit ſubaudi opem. Mãna ſufficiẽs. ideſt quod ſufficeret ſatiſcꝫ eſſet. Cetera turba: qd̃ euãgeliſta dicit exceptis mulieribus et pueris. In illo numero. ſcȝ. quincꝫ mille viroꝝ. Legio hic pro multitudine. Matrum ideſt mulierũ. ſpecies pro genere. Quocꝫ magis ſtupeas. Hemiſticuȝ eſt. Iuuenalis in ſexta ſatyra. Cophinos. cordes ex viminibus contextos. Que redit aucta quia plus redit a menſis quã fuit appoſituȝ. Non eſt data. ſcȝ cum in menſis poſiti ſunt panes ⁊ piſces.

TAmcꝫ. Quomodo ſaluatore in terra manẽte diſcipuli nauegantes opprimebãtur tempeſtate. Jeſus ad eos veniens ſuper fluctus cepit illos cõſolari: ⁊ quod illius iuſſu petrus ſe ad illũ ex naui demiſit. Ex Matthei. ca. xiiij. Oceano rapiente diẽ. Deſcriptio eſt occaſus ſolis. qui in oceano videẗ mergi cuȝ occidit. Seneſcentẽ. qꝛ occaſus ſolis reſpõdet ſenectuti hoĩs. Sub cerula ponti. i. ſub pontũ ceruleũ. nã ille eſt coloꝛ maris. Palloꝛ. i. nigroꝛ. Heſperus ſtella q̃ alio noĩe diciẗ venus: dicta heſperus cum poſt occaſum ſolis videtur.

carens.i.mutus. Umbras aſtriferas:q: aſtra niſi per vmbras nō videntᷣ. Solo magiſtro.i.in comitato. Salū vndoſum.i.mare. Uer.j.eñ. Perq; vndas ſuperāte ſalo. Torua equora.i.irata atq; perturbata.vt torua leena lupū ſequitur. Aduerſus.i.non a puppe ⁊ ſecundus. Marmora glauci fluenti.i. Maria glauca fluentiaq;.eſt autez colo: maris in tranquilitate glaucus.ideſt viridis Lambebāt.ideſt leuiter tangebāt Uergi.ij.eneidos Lābere flāma comas Cohors diſcipulo: ſ.ſub calce pedeſtri ideſt ſub planta pedis cuius eſt calix poſterio: pars. Uias nauigeras.ideſt per quas ſole nau es eunt. Fidem amicam.i.ſibi familiarez ⁊ ſociam Agnoſcere.quippe qui alijs addubitantibus dixit tu es chriſtus filius dei viui. Mathei.xvj. In gurgite.maris tempeſtate. Uiato:.ſ. Petrus. Cāpos vitreos.i.maria. Sicut qui.ideſt meta. Campoq; recepta liberio:is aque.

Noctis: ⁊ aſtriferas induceret heſperus vmbras:
Diſcipuli ſolo terris reſidente magiſtro
Undoſum petiere ſalum.fluctuq; tumenti
Torua laborantem iactabant aequora puppim.
Aduerſus nam flatus erat.tunc noctis opacae
Tempore calcatas dominus ſupambulat vndas
Et vaſti premit arua freti:glauciq; fluenti
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas
Miratur ſtupefacta cohors ſub calce pedeſtri
Nauigeras patuiſſe vias.at Petrus amicam
Doctus habere fidem Chriſtūq; agnoſcere ſemp
In medias deſcendit aquas.quē dextra leuauit
Labentem domini nil tanto in gurgite paſſum:
Cui potus fuit illa manus.pelagiq; viato:
Libera per vitreos mouit veſtigia campos.

Fimbria tactus curabat aegrotos.

Geneſar inde ſoli domino veniente coloni
Infirmos traxere ſuos:vt fimbria ſaltem
Uix attracta dei mo:bis mederetur acerbis.
Et quotquot tetigere:iugem ſenſere ſalutem.
Quam precioſa fuit quae nunq̄z vendita veſtis
Ipſa omnes modici redimebat munere fili.

Geneſar. Quomodo cum viniſſet Jeſus Geneſareth: omnes infirmi qui tangebant fimbriaz veſtimenti eius ſanabantur. Matthei.cap.xiiij. Coloni habitato:es. Soli geneſar.que ab hebreis dicta eſt Cenereth. poſtea ab herode in hono:em tiberij ceſaris Tiberias dicta. Salutē iugē.ideſt non tēperariam ſed perpetuam. Nunq̄ vendita fuit.ſubaudi. Sed an fuerit empta aut dono data ſaluato:i neſcio. Redimebat.ideſt a mo:bis liberabat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hinc tyrias. Ex geneſareth venit Jeſus in phenicem: quę quondam fuit cananeorum vbi ſunt vrbes pręclare tyrus & ſydon. ibiq filia mulieris cananitidis curata eſt. Matth. ca. xv. Petentem. i. xp̄m eunte. Pro nate vitio erat enim demoniaca. Que more ſagaci. Feſtus canes inquit indagatores ſagaces ſunt appellati q ferarū cubilia prſentiūt. Odorate mēſe. i. quā odore explorāt. Ad limina. i. ad introituz ſiue ad finez menſe. Refluas. i. cadentes aut retro fluētes. Silius. li. xv. Refluuſq ſci procat eſt. Vox humilis. ſ. fuit huius mulieris. Sz celſa fides. i. alta vt humile opponatur alto. De cane cū per humilitatē ſe cani cōparauit. Quia tā. ſ. ouem ex cane factam. In ſentib9 gentis. i. inter gētiliū ſpinas. Cōpulit ſcilicz fides Paſcier de gramine agri. Perſtat in trāſlatione ei9 qd̄ dixit ouē.

## Cananeae filia ſanatur.

Hinc tyrias partes ſidoniaq arua petentē
Anxia pro natae vitio: quā ſpiritus atrox
Vexabat ſtimulis mulier cananea rogabat
Se canibus confeſſa parem. quae more ſagaci
Semper adorate recubant ad limina menſae
Aſſuetae refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis: ſed celſa fides: quae ſoſpite nata
De cane fecit ouem: gentiſq in ſentibus ortam
Compulit hebraei de gramine veſcier agri.

## Languentes curantur.

Alta de hinc ſubiēs mōtis iuga plebe ſequēte
Millia caecorum. claudorū millia paſſim.
Leproſoſq ſimul populos: ſurdaſq cateruas
Inualidaſq manus: & quicquid debile vulgi
Venerat: in priſcum componit motibus vſum:
Et reuocata ſuis attemperat organa neruis.

## De ſeptē panibus & paucis piſcibus.

Omnq medēs aegrū refouet vtute tumultū
Tertia lux aderat: ſteriliq in ceſpite nullū
Contigerat plebs tanta cibū. nimioſq labores

Alta de hic. qd̄ aſcēdēs ieſus in mōtē curauit multa genera languentiū. ex Matth. ca. xv. De hinc. poſt cananee filiam in phenice curatā. Subiens. i. aſcēdēs. Quicquid debile vulgi. i. oēs ex vulgo aliqua infirmitate debiles. Motibus. qui prius erant impediti: neq p terāt mēbra mouere. At temperat organa. ideſt diſponit membra ſiue inſtrumenta anime. Reuocata. ideſt reſtituta ſuis neruis.

Omnq. Alter miraculū ſimile ſupiori de quinq panib9 & duab9 piſcib9 hic de ſeptē panib9 & paucis piſcib9. ex Matth. ca. xv. Tumultū egrū. i.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

turbas ęgrotātes. In ceſpite ſterili.i.in deſerto. Geminādafames:qꝛ non modo p̄mebātur fame ex pꝛeteritis diebus cōtracta: ſed etiā futura: duꝫ quiſqꝫ rediret domū. Callē.i.viā anfractuoſaꝫ qualis eſſe ſolet in locis deſertis. Panis adeſt.qui Ioānis.vj.dixit. Ego ſuꝫ panis vite. Sine frugib⁹.i.ſterilibus. Agmen grāde virū. p viroꝝ. Infirma ſecūdi ſexus.i.alterius hoc eſt mulieꝝ. Et ętatis.i.pueroꝝ: q̄ vtraqꝫ ętas ⁊ ſexus debilis ē. Edēdo: hoc ē mirādū q᷑ conſumunt dapes edēdo augeāturqꝫ. Fugitiua fames. Fingit Ouidi. i metha'. famē quaſi deam quādaꝫ habitare in locis deſertis: moreqꝫ illius pulchre d̾ſcribit. Nūc vero dicit auctor q᷑ fames fugitiua i. q̄ fugiebat turbas iam ſaturas Expauit reliquias ſuas.i.fragmēta que relicta fuerunt. Culmina ſeptē ſportaꝝ. i.ſeptē ſportas ad culmē ſūmū plenas. Sūpto fragmine idest collect̄ fragminib⁹. De modico ſemie.i.de ſeptē panib⁹ ⁊ duob⁹ piſcib⁹.

Nutribat geminanda fames: ſi ſaucia callem
Turba per ingentem dapibus ieiuna rediret.
Qua flexus pietate deus qui ſemper egentum
Panis adeſt: victumqꝫ locis ſine frugibus infert:
Piſciculis paucis ⁊ ſeptem panibus agmen
Pauit grande virum. praeterqꝫ infirma ſecundi
Sexus ⁊ aetatis ſaturauit quattuor illic
Milia veſcentum. plus vt mireris ⁊ auctas
Diſce fuiſſe dapes. epulas nutriuit edendo
Vulgus: ⁊ attritae creuerunt morſibus eſcae.
Relliquiaſqꝫ ſuas ſportarum culmina ſeptem
Expauit fugitiua fames: vbi fragmine ſumpto
Vidit abundantem modico de ſemine meſſem.

## Transſiguratio domini.

Nec tamē humano quāuis in corpore xp̄m
Matris ab occaſu mortalia mēbra gerentē
Clam fuit eſſe deum: quia non abſconditur vnq̄.
Vrbs in mōte ſedens: modio nec ſubditur ardēs
Lychnus: anhelantē ſed ſpargēs altius ignem

Nec tn̄. Quo pacto corā trib⁹ diſcipulis trāſſigurat⁹ eſt: apparuerūqꝫ cū eo Moſes ⁊ Helias loquētes. Ex matth.ca.xvij. Nec tn̄ Ordo ⁊ ſenſus eſt.nec tn̄ fuit clā.i.occultū: Chriſtū eſſe deū quāuis gerēteꝫ ab occaſu matris i.a matre mortali mēbra mortalia in corpe hūano. Eſſe deū inquā. Quia vrbs ſedēs.i.fundata: ⁊ eſt ſumptū ex Mattheo.ca.v. Nō poteſt abſcōdi ciuitas ſupra montē poſita neqꝫ accendūt lucernā: ⁊ ponūt eam ſub modio: ſed ſuper cādelabruꝫ: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Lychnus grece interpretatur lucerna: neqꝫ eſt vt vulgus putat ex cera aut ſeuo: ſed que ex oleo temperatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nā teſtibꝰ. ordo eſt. Nā verſus ſplēdore. i. mutatꝯ in ethereā figurā. Fulgore amplo velut ardor igneꝯ ſolis. Vicerat ore. i. oris ſplēdore. Diē. i. ſolē. ⁊ hoc tribꝰ diſcipulis teſtibꝯ. ſ. Petro Jacobo ⁊ Joāne. Cādida forma niuis fulſit de tegmine. i. veſtis mutata eſt in forma niuis diſcipl'is intuētibꝰ ipſam veſtē. Que nō ſunt credita mūdo. i. credibilia. aut ad illud reſpicit q̄ mūdus eū nō cognouit. Moſen h̄ ſcriptor recentē grecam ſequit̄ ⁊ latinam cū autores greci ⁊ latine nō. Moyſen: ſ3 Moſen hunc vocent.

Lumen agit cunctis radians. nā teſtibus amplo:
Diſcipulis fulgore tribus velut igneus ardor
Solis in aethereā verſus ſplendore figuram
Vicerat ore diem. veſtemq; tuentibus ipſam
Candida forma niuis domini de tegmine fulſit.
O meritū ſublime trium. quibus illa videre
Contigit in mūdo: quae nō ſunt credita mūdo.
Quid quod ⁊ Heliā ⁊ clarum videre Moſen.
Ignotos oculis viderūt lumine cordis:
Ut maior ſit noſtra fides: hunc eſſe per orbem
Principiū ac finem. hūc alpha viderier atq; o.
Quem mediū tales circūfluxere prophete:
Alter adhuc viuens: alter ſtans lumine mortis.
Sydereoq; ſono meus eſt hic filius aiens
Oſtendit verbo genitū vox patria Chriſtum.

Daemoniacus liberatur.

POſtq; corporeos virtus regreſſa per artus
Texit adoratā carnis velamine formā:
Seq; palam dn̄s populis dedit: ecce repente
Vir humilis moeſto deiectus lumina vultu
Procedit: ſupplexq; manus ⁊ brachia tendit:
Imploratq; gemens. vnus mihi filius vnus
Eſt domine: horrenda lacerat quē ſpiritus ira:
Nec linquit: niſi mergat aquis: aut ignibus atris

Principiū ac finē. Alpha atq; o. Idē ē ex apocal'. cap. j. Alter viuēs ſc3. Helias. Lumine mortis. ſ. Moſes Hierony. Dat ſignū de celo. Helia inde deſcēdente. ⁊ moſe ab inferis reſurgēte. Vox patria. i. patris. Sydereo ſono. i. a celo deſcendēti. Verbo genitū. i. mo verbū genitū.

POſtq; corporeos poſt trāſfigurationem Chriſtꝯ demoniacum curauit. Ex Matth. cap. xvij. Virtus diuina. ſ. in q̄ reſplenduit. Regreſſa. i. ſe recolligēs reſpiciēſq;. Formā adoratā. tunc. ſ. a tribꝯ diſcipulis alias adorandā. Deiectꝯ lumina. ſinechdoche. i. hn̄s lumina deiecta. Vnus filiꝰ vnus hec geminatio vnicū ſignificat. Sp̄us lacerat. euāgeliſta lunaticū dicit: vt idē ſit lunaticus ⁊ d̄moniacꝰ. Aq̄s aut ignibꝯ. matth. nā ſepe cadit i ignē ⁊ crebro in aquā.

Miſeratus vtrūq́ʒ. ſ. me atq́ʒ illuʒ. Redde mihi ſubaudi filiū. Redde ſibi. ſubaudi ſeipſum. qꝛ ille nō eſt ſuus: qui nō eſt dominus ſuorū mēbrorū actionūq́ʒ ſuarū. Caeca poteſtas. i. occulta vis demonis. Subtracto lumine. i. amiſſa luce huiꝰ vitę. Volutās. pro volutatꝰ aut quēadmodū euāgeliſta dicit genibus prouolutꝰ. ⁊ eſt participiū preſentis in ſignificatione paſſiua. qđ ⁊ Uer. poſuit in. j. Georgi.

Opprimat: atq́ʒ animā dubia ſub morte fatiget.
Hunc precor expulſo miſeratus vtrūq́ʒ furore
Redde mihi: vel redde ſibi: nec caeca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.
Dixerat: ⁊ genua amplectēs genibuſq́ʒ volutās
Haerebat: dominuſq́ʒ pio iam pectore votis
Annuerat. tunc praedo furēs ac noxius hoſtis:
Cui poſſeſſa diu eſt alieni fabrica iuris.
Peruaſa migrare domo compulſus in iram
Tollitur accenſam: correptaq́ʒ carpere mēbra
Mititur: ⁊ fruſtra dn̄o prohibente laborans
Fugit in obſcuras puero viuente tenebras.

Tardaq́ʒ eleuſine matris voluētia plauſtra: ⁊ in eodē ſiliqua quaſſante legumē Votis. ſcʒ. patris orātis pro filio. Fabrica iuris alieni ideſt domus alterius dn̄i. Domo ꝑuaſa. i. quam violent inuaſit. Carpere idem vexare ac torquere. Fruſtra laborans: qꝛ puero nō potuit nocere. In obſcuras tenebras. ideſt ad inferos vbi eſt illi domiciliuʒ proprium.

### De didrachma in ore piſcis.

Rex etiā ſolus regum ⁊ dn̄s dominātium
Non dedignatus petro piſcante tributum
Soluere caeſareum: medij de gurgite ponti
Hamū ferre iubet gerulum didrachmatis auri.
Incola mox pelagi pendentia fila momordit
Iuſſa tributa ferens: grauiorq́ʒ onerāte metallo
Vilis honor precio maiore pependit.

Rex etiam ſolus. Quod ex gentibus tributū iuſſit Jeſus ſolui didrachmō in ore piſcis inuentū.

Ex euāgelio Matthei. cap. xvij. Rex regum qui dixit regnum meū non eſt de hoc mūdo. Joan. xviij. Ideo ſolui tributum cęſari imperat. Hamum ferre. ideſt in mare hamum mittere: qui piſcem adducaret: in cuius ore inueniendum eſſet didrachmon vnde tributum ceſari ſolueretur. Didrachmatis auri: poteſt fieri vt didrachma fuerit ex auro: ſi ad pondus referatur: alias drachma monete genus non eſt niſi ex argento: ſed tunc non drachmatis ſed drachme mittit genitiuum. Incola pelagi. ideſt piſcis. Juſſa. A chriſto perſolui. Vilis honor ideſt parui precij. Pependit ſcilicet ex hamo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

D Iſcipuliſq;. Interrogatus Jeſus a diſcipulis quis eſſet maior in regno celorū. ſtatuto in mediū puero dixit. Oportere effici quaſi paruulū illum volenti intrare in regnū celorū. Ex Matth. cap. xviij. Se percontātibus. ideſt ipſum interrogātibus. Demiſſa ceruice. ideſt non dura et contumaci ſed prona ⁊ humili. Iſte paruulus. Quē vt dicit euāgeliſta Jeſus ſtatuit in medio diſcipulorū.

## Quis maior in regno celorum.

D Iſcipuliſq; ſuis ſe percontantibus aulae
Coeliſtis regni maior quis poſſit haberi:
Ut deus et doctor mirabilis omnibus inquit
Celſior eſt humilis: cunctiſq; potentior ibit
Qui cunctis ſubiectis erit: ſeſeq; minorem
Demiſſa ceruice feret: velut iſte videtur
Paruulus: ⁊ monſtrat puerum conſiſtere paruum:
Scilicet ingenium teneri ſectemur vt aeui
Non annis ſed mente iubet: quia mollior aetas
Nil pompae mūdalis habet. nō ambit honorem
Nec reſupina tumet. ſic purae ſemita vitae
Quantum prona ſolo tantum ſit proxima coelo:
Mens etenim vergens altū petit: altaq; vergit.
Inferiorq; gradus quo vult deſcendere: ſurgit.
Ecce humilem dn̄s de ſtercore tollit egenum:
Et facit egregios inter reſidere tyrannos.
At contra tumidum pugnaci mente rebellem
Praecipitem coelo. ſub tartara iuſſit abire.
Parua loquor: ſi facta dei per ſingula curram:
Et ſpeciale bonum cum ſit generale reuoluam.

Ingeniū aeui teneri. id eſt mores aetatis puerilis. Non annis ſed mente: q; vt dicit Ariſtoteles. Nihil refert aetate quis iuuenis ſit an morib9 et e diuerſo cani hominis ſapientia illi9. Sapien. iiij. Quia mollior etas. ideſt tenera hoc eſt puerilis. Nil pompe mundalis. Ecce puerorū mores. Non ambit ideſt nō eſt ambicioſus. Reſupina. i. erecta: qđ eſt cōtrarium humilitati. Semita vitę pure. i. incedentes puri ſicut pueri ꝑ ſemitam vitę. puer nāq; a puritate dicitur. Prona ſolo. i. in terrā inclinata ⁊ humilis. Mens vergēs. i. inclinate abſolute. Lucanus in. j. Vergētibus annis. Alias actiue. vt Verg. in. iiij. Frontiq; inuergit vina ſacerdos. Quo. i. ea parte qua. De ſtercore. Pſal. cxij. de ſtercore erigens pauperem. Tyrānos. Hic pro reges accipit. Verg. vij. ene. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Mēte pugnaci. i. cōtumaci ⁊ elata. Per ſingula. Quia quātumcūq; dixero minus eſt. Bonū ſpeciale qđ intra genus cōtinetur. Quia bonum quāto cōmunius eſt tantū diuinius exiſtimandum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tam placidas. Coelij Sedulij liber quartus. ⁊ primo dicit difficulter diuitem intrare in regnū celorū. Ex Matth. xix. Itē pro iterū. Arenas iordanis. i. ripas arenosas. Iter iudeę. i. venit in eā partē iudeę q̄ est trans iordanē. Vulgus sine noīe. i. ignobiles quosdā homines. Suscipit. idest ad suā curam admittit. Discedere. i. vt discedāt. Ardua planare. i. altas res planas facere. In directa. ex Esaya cap. xl. Erūt praua in directa: ⁊ aspera in vias planas. nā prauū dicitur qđ est distortū. Prestat se iudice. i. se arbitro ⁊ rerum dño et in cuiꝰ arbitrio sunt omnia. Namq; exponit quō intelligedū sit illud qđ euangelista dicit Faciliꝰ est camelū per foramē acus transire: q̄ diuitē intrare in regnū coelorū. Pro mole. i. pro magnitudine. Calez. vt sępe diximus. viam angustā. Coercet. i. coarctat ⁊ continet. Sub lege: quia solutus a legibus. Condere velle est. idest omnia quęcunq; voluit fecit. ps. cxiij Frons nulla videt: quia deum nemo vidit vnq̄. Joannis primo. Molestū diuitibus: quia non omnes diuites gaudent facere censum ⁊ augere patrimonium. Faceret mitescere censum. idest vilescere ⁊ nō crescere in infinitum. Bene tractat. subaudi aliquis ex numero diuitum. Vbi. idest in quo in coelo. Mordax ęrugo. idest flos eris qui corrodit numismata ęrea. ex Mattheo ca. vj. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi ęrugo et tinea demolitur.

## Coelij Sedulij mirabiliū diuinorū. Liber. iiij.

Tam placidas iordanis itē trāsgressus arenas
Judee sectatus iter sine noīe mestū
Vulgus ⁊ īnumeras releuās a clade cateruas:
Suscipit infirmos: ⁊ dat discedere sanos.
Nil igitur summo desesperantibus vnq̄
Difficile est conferre deo: cui prōna facultas
Ardua planare: ⁊ curua in directa referre.
Nam quicquid natura negat: se iudice prestat.
Namq; foramē acus sicut penetrare camelus
Membrorum pro mole nequit: sic diues opima
Fertilitate tumens tenuem non possit adire
Coelestis regni ducentem ad limina callem.
Ni genitor rerum qui mūdum lege coercet
Et nulla sub lege manet: cui condere velle est:
Quē frons nulla videt: sed totum conspicit ipse
Hoc impossibile est homini dixisset: at alto
Possibile est ius omne deo: multisq; molestum
Diuitibus tandem facere mitescere censum.
Nam proprias bene tractat opes: coeloq; recōdi
Thesauros vult ille suos: vbi quicquid habetur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tinea ſulcat. ideſt corrodit conſumitq̃. Male defoſſum. ideſt furto non ex venis naturalibus quia iure effoditur. Ieiunis. Qui miſericordie opera enumerat quorum materia ſunt diuitiae. Sibi egenus. Iuuenalis: Eſto vt nunc multi diues tibi pauper amicis: de eo dixit qui contrariuſ eſt miſericordi. Illa ſubſtantia. ideſt ille cenſus ſiue patrimonium. Sub paupere forma. Ex mattheo ca. xxv. Quod feciſtis vni de his fratrib9 meis minimiſ hoc eſt pauperibus mihi feciſtis. Dãnis augmenta capit. ideſt cum diſtribuitur: augetᷣ. Spargitur vt ſit. ideſt vt ꝑmaneat. Perit. ideſt perire videtur cũ reuera maneat. Mortua ideſt perdita opinione aliorum.

Non mordax aerugo vorat: non tinea ſalcat:
Nec male defoſſum famulatur furibus aurum:
Ieiunis qui ferre cibum: ſitientibus hauſtum:
Hoſpitibus tectum: nudis largitur amictum:
Solatur nexos in carcere. perfouet aegros.
Atq̃ alijs largus ſibi tantum conſtat egenus.
Nec dubie in coelum ſubſtantia peruenit illa
Que chriſto collata datur ſub paupere forma:
Qua dãnus augmẽta capit: que ſpargitur vt ſit.
Que perit vt maneat: que vitam mortua preſtat.

## Duo caeci illuminantur.

Praeterea dñs geminos cõſidere caecos
Lux quoddã trãſiret iter comitante caterua
Conſpicit extinctae poſcẽtes munera formae:
Flebilibuſq̃ vagas implentes vocibus auras.
Nec cunctata ſolens pietas inferre ſalutem
Que ſenſit flagrare fidem. mox lumina tangens
Euigilare iubet: quae ſomnus preſſerat ingens.
Atq̃ diu clauſas reſerans ſub fronte feneſtras
Ingrediente die fecit diſcedere noctem.
Hinc repetita ſacri gradiens per moenia templi

Preterea dñs. Egreſſo ieſu ex iericho facti ſunt illi obuiam duo ceci. quos ſanitati reſtituit. Aliaq̃ deide mirabilia fecit. ex mattheo. capi. xx. Geminos caecos. ideſt duos. Conſidere. q: ſedebant ſecus viã. Quoddam iter. ſ. ex iericho hieroſolymas. Forme extincte. ideſt oculoꝝ excecatoruꝫ. Auras vagas. per quas ſolent voces diffundi. Solens pro ſolita. Fidem illorum cecoꝝ. Lumina euigilare. i. oculos aperiri ⁊ videre. Sõnus ingenſ. i. nox perpetua cõtra illud quod dixit euigilare. Feneſtras clauſas. Trãſlatio eſt noto vt mors intrauit per feneſtras noſtras Ieremine. ix. Die. ideſt luce. Noctem ideſt tenebras. Repetita. i. que ſepe repetebat frequentabat. et hoc ſumptum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt ex eodem Mattheo capl'o.xx[i]. Lumina ⁊ veſtigia. ideſt oculos ⁊ pedes.
Talia dauidicam. Jeſus e bethania in vrbem hieroſolymam rediens eſuriit. cum vero ad ficum arborem acceſſiſſet. vt inde ficos decerperet non inuentis indixit illi ſterilitatem: et continuo areſacta eſt. Ex matth. ca. xxi. Urbem dauidicam. ſic enim hieruſalem vel potius ſion appellatur vrbs dauid.

Lumina caecatis dedit: et veſtigia claudis.

## De ficu arida.

Talia dauidicā poſt facta reliquerat vrbem
Bethaniae vicina petēs: eodemq̄ reuerſus
Clareſcente die properabat viſere tecta
Ecce autem medijs aſtans ſublimis in aruis
Frondea ficus erat: cuius in robore nullum
Repperit eſuriēs luſtrato ſtipite pomum
Arboreiſq̄ comis iam nunc ex germine veſtro
Nullus ait fructus reliquū generetur in aeuum.
Confeſtim viduata ſuis ficulnea ſuccis
Aruit: et ſiccis permanſit mortua ramis.
Omnis enim quicunq̄ deo nil fertile nutrit:
Ceu ſterilis truncus lignis aequabitur vſtis:
At iuſtus palme ſimilis florebit amoenae
Semper habens frondes: et tanq̄ libana cedrus
Multiplicandus adeſt: et vertice ſydera tangit.

## Demoniacus mutus ſanatur.

Poſt oblatus ei virtutem ſenſit herilem
Inſanus ſermōe carēs: quē faucibus atris

Uicina petens. Diſtat eniʒ bethania a hieroſolymis: duobus milib⁹ paſſuū. Hieronymus ⁊ Euſebi⁹ auctores. Eadeʒ die. ſcilicet intra. xxiiij. horas poſtq̄ venit i bethaniam. Clareſcente. mane dicit euangeliſta. Frondea pro frōdoſa. Uergi. Nemora inter frondea turbam. Nullum pomum. Recte de ficis pomū dicit. Ait comis arboreis. i. frondibus arboris. Ex veſtro germine: proprie germen vnde erumpūt fruct⁹. Suis ſuccis. Alimentis vnde vireſcit. Siccis ſine alimento. Omnis que ſequūtur moraliter dicta. Lignis vſtis. pro vrēdis. Palme ſimilis. ex pſal. xci. Juſtus vt palma florebit: et ſicut cedrus libani multiplicabitur. Sydera tāgit. Quippe qui cedro comparatur: que in libano monte miruminmodum in ſublime creſcit.

Poſt oblat⁹. Jeſus mutū iſanū eūdēq̄ demōiacū curauit: ſʒ de quo h loq̄r muto nō video cū pſerti pōit pticulā ɔtinuatiuā poſitā ſʒ ſi ordinē nō ſeruēs pōt itelligere ð illo ð quo Mat. xij. ⁊ Lu. xj. Uirtutē herilē. i. dñi. Sermōe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vis mali clauſa. ſ. demon. Tacēdo prodiderat vitium. ſ. per ſigna quę faciunt oppreſſi a demonibus. Latronem demonem fauces illius occupantem. Nexu ſaluto. ideſt faucibus expeditis.

POſt dominus. Coenāti Jeſu in domo phariſei: Maria vnxit pedes: ab eoqꝫ eſt peccatorū̄ ſuorum venia donata. ex Lu. cap̄. vij.

Angebat vis clauſa mali: vitiumqꝫ tacendo
Prodiderat. ſed cuncta ſolens infirma leuare
Conditor obſeſſa pepulit de fauce latronem:
Et voce patefecit iter. nexuqꝫ ſoluto:
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

Magdalena venia donatur.

POſt dn̄s phariſea petens conuiuia coene
Orantí dapibus ſeſe impertiuit amici.
Tunc mulier quam fama nocens ⁊ plurima vite
Mordebant delicta ſuae: clementia ſupplex
Corruit amplectens veſtigia: quaeqꝫ profuſis
Irrigat incumbens lachrymis: ⁊ crine ſoluto
Tergere nec ceſſat: nec ſacras lambere plantas
Vnguento fragrante fouens: ſententia donec
Laeta dei: quem ferre manū non poenitet vnqꝫ.
Si nos poeniteat veterem queſiſſe ruinam
Vade: fides mulier tua te ſaluabit ab omni
Dixiſſet: quodcūqꝫ malum geſſiſſe videris.
Vtere pace. mea magna eſt medicina fateri
Quod nocet abſcōdi: quoniā ſua vulnera nutrit:
Qui tegit: et plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu modicum purgata receſſit
Per gemitum: proprijs lauans in gurgite fletus:
Munda ſuis lachrymis redit ⁊ deterſa capillis.

Coene phariſea conuiuia. i. phariſei qui illū inuitauerant. Impertiuit ſe. i. cōmunicauit ſe. Mordebāt ſtimulabāt: quia male audiebat. i. īfamata erat. Veſtigia clementia. ideſt dn̄i clementis. Incūbens. i. prona ad illiꝰ pedes. Lābere plātas. i. oſculari. Fouens. i. ad recreationez inungens. Sententia dei lęta. i. lętaz faciens mulierē. ſicut ecōtrario Iuuenalis Denobis poſt hęc triſtis ſentētia fertur. Et ē ordo donec ſententia lęta dei dixiſſet. vade mulier: tua fides ſaluabit te ab omni malo qōcunqꝫ videris geſiſſe. ⁊ p parentheſim interpoſuit quem non penitet ferre manū: iuxta illud job. xiiij. Operi manuū tuarū porriges dexterā. ſi pęniteat nos q̄ſiſſe veterē ruinā. i. incidiſſet in aliq̄ pcti foſſam. Vtere pace mea. pro eo qō eſt vade in pace. abſcōdi. i. ſi abſcondat. trepidat. i. timet. lauās ſubaudi ſe quāq̄ elegātius dī ego lauo q̄ ego lauo me. deterſa. i. mūdata ſuis capillis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iamq; capharneç. Docente Jesu in synagoga q̃ erat capharnaum agnoſcens illũ demũ qui vexabat hominẽ iuſſus eſt a ſaluatore tacere ex Marco. cap. iiij. & Lu. iiij. Iniquus ſpiritus. i. demõ. Infremuit. i. vociferatus eſt. Quid nobis & tibi. i. quid eſt tibi cõmune nobiſcũ. Quis ſis. q: es chriſtus. Semen dei. i. te genitũ a deo patre. Imperio terrente. Quia interminatus eſt illi Jeſus atq; imperauit: vt taceret. hoc eſt ne ſe apud multitudinẽ proderet. Auras vacuas. Opinione vulgi quod vacuũ appellat illud quod non eſt plenum corpore ſolido. Fecit fidem. Quia cũ excluſione demonũ excluſit quoq; morbos comitantes. Talem teſtem. ſcz. improbum atq; mẽdacem. Olim. ſcz cũ primũ creatus eſt anteaq; caderet. Amator mortis ſimpliciter: ſz eorum quç mortẽ conſequũtur. Anguis nocens qui ſub anguis ſpecie decepit mulierẽ. Illic. ideſt in coelo. vbi erat.

## Daemoniacus liberatur.

Iamq; capharneae ſynagogã ĩtrauerat vrbis
Rite docẽs populos: quẽ cũ vidiſſet iniquus
Humano ſub corde latens clamore proteruo
Spiritus infremuit: quid nobis & tibi dicens
Perdere nos heu Chriſte venis: ſcio deniq; q̃s ſis
Et ſemẽ cognoſco dei. nec plura locutus
Imperio terrente tacens hominemq; reliquit
Pulſus & inuacuas fugies euanuit auras.
Sic etiam varijs finem languoribus eſſe.
Fecit: & excluſos ſemper reticere coegit
Daemonas: ac talẽ prohibet ſe pandere teſtem.
Olim quippe ferox & nigrae mortis amator
Ille nocens anguis deiectus culmine coeli
Cum pompis ſocijſq; ſuis omniq; nephandae
Agmine militiae Chriſtum quẽ nouerat illic:
Conſpicit in terris velamine carnis opertum:
Et gemit eſſe hominũ dominũ virtutis amicũ.

## Mutus & ſurdus curatur

Iamq; tyri trãſgreſſus iter ſydonia rurſus
Arua legens placidas dñs calcauit ârenas
Curauit gemino miſerum ſpiramine clauſum.

Velamine. carnis. i. ſub ſpecie humana. Gemit dolet ex eo q; hominũ generi inuidet atq; multo magis ex quo tempore carnem noſtram ſuſcepit. Dominus virtutis. ideſt tante poteſtatis.

Iamq; tyri. Venit Jeſus in phoenicẽ: vbi mutũ eundẽq; ſurdũ ſanitati reſtituit. Ex marco. cap. vij. Sidonia arua rurſus. q: ſupra dixerat illum veniſſe in fines tyri & ſydonis. Clauſũ gemino ſperamine. i. hñtẽ duo ſpiramẽta clauſa hoc ẽ Gutture faucibuſq; p q̃s loq̃mur. & auribꝰ q̃bꝰ vocẽ trahimꝰ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non ore dabat. Loquendo. Non aure trahebat. audiendo. Omnes fores patuere. ſcilicet os atqꝫ aures que ſunt quaſi ianuae. Attactu. i. pulſatione. Manus ſyderae. i. chriſti. Ruptis penetralibus. i. clauſtris hoc eſt impedimẽtis. Tu quoqꝫ. In bethſaida galilea ciuitate dominus caecum illuminauit expuendo in illius oculos. Ex Marco. ca. viij. Tu quoqꝫ procumbẽs oculis. ideſt cui oculi ꝓcubuerunt. hoc eſt ꝑdiderunt. In lumine. ideſt in oculis. Mortis ſimulatae: quia cecitas eſt mortis ſimilitudo.

Qui vocem non ore dabat: non aure trahebat.
Syderaeqꝫ manus ruptis penetralibus omnes
Attactu patuere fores: laetuſqꝫ repente
Auditqꝫ loquens meruitqꝫ audire loquentes.

Caecus illuminatur.

Tu quoqꝫ virtutis ſenſiſti munus herilis
Procũbens oculis: cuius in lumine chriſtus
Expuit: et ſpeciem ſimulatae mortis ademit.

Multitudo piſcium capitur.

Hinc maiora doces populos coeleſtia veruꝫ
Se reſerat ſermone deũ. turbaſqꝫ ſequẽtes
Quae nimis irruerant cupiens vitare parumper
Stagna petit: paruaqꝫ ſedens ſimonis in aluo
Littore ſiſtentem firmabat ab aequore plebem
Et dictis iam finis erat. tunc altius actam
In pelagus iubet ire ratem: vaſtoqꝫ profundo
Retia dimitti piſcantia. que nihil omnem
Claudere per noctem vacuo potuere labore.
Simon paret ouans: ⁊ aquoſis gentibus inſtans
Linea clauſtra iacit. tantumqꝫ immanis apertos

Hinc maiora. Jeſus in nauiculã conſcendit: vnde populos docebat. Petrus vero cum rethia in mare iecisſet. nihilqꝫ cepiſſet: iuſſus a ſaluatore iteruꝫ iacere magnam vim piſciuꝫ extraxit. Ex luca. ca. v. Nimis ideſt plures. Stagna petit ſcilicet geneſareth. qꝺ alias ſtagnũ tiberiadis appellaꝛ. In ſimonis aluo

Lego ſimonis in alno vt ſtet verſus. Nam ſimon penultimam genitiui producit. Alnum vero pro nauicula poſuit per netonymiam pro naui facta ex alno arbore. Siſtentem plebem. ideſt ſtantem. Firmabat. ſcilicet in fide ſuis ſermonibus. Finis. ideſt finierat ſermonem. Altius ideſt in mare profundius. Claudere. ideſt in rete claudere. Labore vacuo. ideſt ocioſo ⁊ vano. Aquoſis gentibus. ideſt piſcibus in aquis viuentibus. Linea clauſtra. ideſt retia ex lino quibus piſces clauderent: nam clauſtrum a claudendo dicitur. Immanis captura. ideſt maxima. Vergilij. vj. enei. Poſuitqꝫ immania templa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sinus.i.retis receptacula. Turbaret. Nã tanta fuit piſcium vis vt nauiculae poene mergerentur. Nam vt dicit euangeliſta duae erant illic. Propenſa vota ideſt maxima. vt quod hic contigit de piſcium multitudine quod erat optandum: ſed parum abfuit quin onuſtae nauiculae mergerentur.

Impleuit captura ſinus: vt praeda redundans
Turbaret geminas cumulato piſce carinas.
Nam ſocia illic puppis erat. ſic maxima ſaepe
Gaudia nos ferimus: propenſaqꝫ vota timemus.
Quodqꝫ deo facile eſt: hoĩes optare nec audẽt.

Unicus matri filius ſuſcitatur.

Talibus inſignis virtutibus ibat in vrbem
Quae ſit dicta naim. populo vallatus opimo
Et grege diſcipulum: miſerũ cum cominus ecce
Conſpicit afferri iuuenem: gelidumqꝫ cadauer
Pluribus exequijs et inani funere paſſum
Triſte miniſterium. cuius ſors inuida matrem
Jam dudum viduam gemina viduauerat vrna.
Nec remorata diu pietas inimica doloris
Auxilium vitale tulit. tactoqꝫ feretro
Surge ait o iuuenis. parenſqꝫ in tempore dicto
Mortuus aſſurgit: reſidenſqꝫ loquenſqꝫ reuixit:
Atqꝫ comes genitricis abit. nã funere torpens
Ilicet amiſſae paſſus diſcrimina vitae
Non poterat famulus dño clamante tacere.
Nec vita praeſente mori. mox agmine verſo
Deponens trepidum recidiuo tramite luctum.

Talibus inſignis. Cũ veniſſet ieſus in ciuitatẽ naim: vidit iuuenẽ efferri ꝑ portã q̃ matris miſericordie permotus mortuum vite reſtituit: ex Lu.ca.vij. Naim. oppidũ eſt diſtans a monte tabor contra meridiem duobus milibus paſſuũ. Euſebi⁹ ꝛ Hieronymus auctores. Opimo pplo.id eſt copioſo. Grege diſcipulũ. pro diſcipulorũ. Afferre cominus .i. prope. Triſte miniſteriũ. Hemiſtichũ eſt Vergilij. vj.enei. Sors inuida. Fortuna q̃ viſa eſt inuidere mulieri. Gemina vrna. Prima in q̃ mariti cineres cõpoſuit: et altera nũc filij cõpoſitura erat. Pietas inimica doloris.i.q̃ nõ patit̃ miſerũ diu dolere. Parẽs docto.i.obediẽs. Verg. j.eñ. Paret amor dicto care genitricis. Aſſurgit. Ad v̾ba loquẽtis ſurgit alias aſſurgere ẽ ad venerãde honoris gr̃a ſurgere. V̾g.ij.geor. Tumul⁹ aſſurgit: q̃b⁹ ꝛ rex ip̃e phane⁹. Funere torpẽs.i.motu ꝛ ſenſu carẽs. Ilicet. Feſt⁹ ſine dubio interpretat̃. Verg.ij.eñ. Ilicet ignis edax. Vita p̃nte.i.xp̃o.q̃ eſt via veritas ꝛ vita. Joã.ca.xiiij. Agmine verſo.ſ.domũ: vnde fun⁹ extulerãt. Recidiuo trami

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te.i.remenſo. Pōpa deponēs luctū.i. veſtes lugubres. Cādida.i.ſumptis veſtibus candidis. Reuocauit.i.reduxit. Foelicem.cui tantum boni euenit.

NEc tibi. Ex marco ca.xvj. ⁊ luca.ca.viij. quo pacto ſaluator magdalenā a ſeptē demonibꝰ curauit. Nō parua ſalus imo magna: quippe q̄ ꝑfecta eſt ab ipa ſalute mūdi. Multiplici vulnere.i.ſeptē animi peſtibꝰ quas ſeptē demones intulerāt.

Candida foelicem reuocauit pompa parentē
Magdalena a ſeptē daemonibꝰ liberat̄.
NEc tibi parua ſalus dn̄o medicāte maria
Multiplici laeſum curauit vulnere ſenſuꝫ:
Quā fera ſeptenis rabies inuaſerat armis
Daemonico cuneata globo: ſed ſquām̄eꝰ anguis
Imperioſa ſacri fugiens miracula verbi
Corde tuo depulſus abit: volucreſqꝫ per auras
In chaos infernae lapſus penetrale gehenne
Septē ingens gyros ſeptena volumina traxit.
Poteſtatē diſcipulis ſūmā a dn̄o datā.
NEue redūdantē cumulato germine meſſeꝫ
Exiguis dominus ſineret lāguere colonis
Diſcipulos alios (quorum mens conſcia recti
Puraqꝫ ſimplicitas numero meritoqꝫ refulgens
Aurea libra fuit) velut agnos precipit inter

Dictis ꝓpriis. i. ſuis et tali pſona dignis. Setiger hircus. i. q̄ veſtit̄ nō lana ſed ſetis. Similitudo eſt: nam queādmodū hircus. infigit dentē venenatū viti. ita ⁊ hic latro in xp̄z Verg. ij. geo. Duriq; venenū dētis ⁊ admorſo ſignata i ſtirpe cicatrix. Vitē amenam. i. xp̄m q̄ ſe vitē voluit apellare. Jo. ca. xv. Ego ſuz vitis vera. Saucia lumina. i. morientia lumina habēs in humū deiecta. Lumia naz geminas. ex Vergi. ij. enei. de caſſādra. Quez errātem ex Luca. cap̄. xv. de oue que errauit ex grege centum ouium. Jn campos paradiſe tuos paradiſus hortus interpretatur: ſed per paradiſum intelligimus ſtatuz innocētie in quo primi parētes ſunt creati: et in paradiſo voluptatis a deo poſiti. vnde per peccatum deiecti ſunt. Gramineus ager. preſtat in tranſlatione. Antiquum colonum. Primum parētem quem deus poſuit in horto voluptatis. quid ſi legas antiquus ſerpens. Juxta illud apoca. capitulo. xij. Draco ille magnus ſerpēs antiquus qui vocatur diabolus. Jngemit. quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Variū facinus alter ſcilicet peſſimū facinus. alter preclarum facinus. Diuerſo calle. ideſt tramite quamq̃ ille qui tendit ad inferos



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

latus ſit: qui ad ſuperos arcrus. ex Matth. capitulo. vij. Grande violentum. ideſt grādem violentiam. quia malus latro per violenta latrocinia ſua deſcendit ad inferos bonus latro per violentiam aſcendit ad ſuperos. ex Mattheo capitulo. xj. regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud.

Interea. q̄ a ſexta hora vſq̧ ad nonam tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrā. ex mattheo. capi. xxvij. Meſtis exequijs ideſt quaſi in exequias funerales. Texere diem. ideſt diei luceꝫ operuerunt. Tetro amictu. Verg. prigeor. Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit: et quod ſubdit impiaq̧ eternam timuerūt ſecula noctem. Delia. Luna: a delo inſula vbi cum apolline eſt nata. Suberat terris. qui ſi tunc plena erat luna: qḋ videliꝫ quarta decima die mēſis paſcha celebratū eſt: neceſſe quoq̧ fuit ſolem hora diei ſexta eſſe in culmine coeli: et lunam in angulo noctis medie. Elemēta. ſol cū ceteris mūdi elemētis. Cernere ſibi q̄ſi dicat induere ſibi vultū lugubrē. Auxilijs patris. i. xp̄i q̄ eſt ſol iuſticie. Letata p̄ ortū. q2 tēpore natalis lux orta eſt mūdo. Luce. ca. ij. qḋ ſtatim declarat dicēs. nā lux vt tēpore fulſit naſcētis domini. Non diu manſura abſens. quia tantū per tres horas obſcuratus eſt ſol: qḋ ſignificat per tres tantum dies ſaluatorem in ſepulchro permanſurum.

Aggreſſi facinus: violentum grande patrarunt
Infernas adit ille fores: adit iſte ſupernas.
Ille profunda petēs penetrauit clauſtra gehēnae
Abſtulit iſte ſuis coelorum regna rapinis.

Solem obſcuratum.

Interea horrendae ſubito venere tenebrae:
Et totum tenuere polū: moeſtiſq̧ nigrantē
Exequijs texere diem. ſol nube coruſcos
Abſcondens radios tetro velatus amictu
Delituit: triſtemq̧ repleuit luctibus orbem:
Tota ſibi oppoſitum fratrē qḋ delia haberet
Cum ſuberat terris: ſuper ille in culmine coeli
Impia perpetuam timuerunt ſaecula noctem.
Hunc elementa ſibi meruerunt cernere vultum
Auxilijs orbata patris laetata per ortum
Moeſta per occaſum. nam lux vt tempore fulſit
Naſcentis domini: ſic hoc moriente receſſit.
Non abſens manſura diu: ſed miſtica ſignans
Per ſpaciū ſecreta ſuum. quippe vt tribus horis
Caeca tenebroſi latuerunt ſydera coeli
Sic dn̄s clauſi triduo tulit antra ſepulchri.

Terraemotum fuiſſe
in morte chriſti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NEc tellus:qd̄ dn̄o moriente factus eſt terre motus, ex Matth. cap̄. xxvij. Talia cernēs. i. iam indigna. Sine dubio. nā viſa eſt natura dubitare de ſua fine cū ipſe deus natura pateret. Supremū modux. i. finem. Sūmus apex petens inferna. i. Chriſtus qui eſt in ſummo rerū omniū apice cōſtitutus. Cogeret omnē molē. i. omnia traheret ſecū ad inferos. Auctorē. ſubaudi ſuū per quē omnia facta ſunt. Per tartara. quaſi dicat in antiquū chaos cōfunderet. Uagas vmbras. Ex more poetarū loquitur qui faciūt animas per inferos vagari Reſtituēs perdita. i. nō tam vt conſiſtētia linqueret q̄ vt perdita reſtitueret.

NEc tellus ſine clade fuit. quae talia cernēs
Fūdit⁹ intremuit. dubioq; in fine ſupremū
Expauit natura modū:ne cogeret omnem
Sūmus apex inferna petens ſuccūbere molem:
Auctorēq; ſequens per tartara mūdus abiret.
Sed pietas īmēſa vagas properabat ad vmbras
Perdita reſtituens:nec conſiſtentia linquens.

Acetum porrectum ſitienti.

NUlla tamē tanti metuerūt ſigni pericli:
Qui dn̄m fixere cruci:quin inſup hauſtum
Cum peteret ſitiens:vnus de plebe nephanda
Peniculum infuſum calamo porrexit acetum
Manzeribus populis in deteriora volutis
Conueniens liquor ille fuit. nam dulcia vina
Sicut in horrendum dum conuertūtur acetum:
A menſis proiecta iacent:ſic tempore priſco
Gens accepta deo:nunc eſt odioſa propago.

Miracula in morte Chriſti.

ERgo vbi cuncta boni cōpleta eſt paſſio xp̄i

NUlla tamē. Neq; q̄uis elementa ſunt mota ſuo auctore moriēte:qui fixere xp̄m cruci nō ſunt permoti. quin poti⁹ acetū illi porrexerūt. ex Math. ca. xxvij. Cū peteret ſitiēs. qd̄ factū eſt cū Jeſus dixiſſet ſitio. Joānis. cap̄. xix. Peniculo. Euangeliſte ſpongiam dicunt infuſam aceto illius ori appoſitam. Sed peniculi auctore. Feſto Pompeio dicūtur ſpongie longiores propter caude ſimilitudinem. Nam penis caudam ſignificat. Manzeribus popnlis. ideſt nothis ſiue ſpurijs. & ex fornicatione procreatis. quaſi velit dicere illegittimus:& eſt manzer hebrayca dictio. Conueniens liquor:et in quo ſit conueniens ſtatim ſubiungit. Gens accepta deo. Deuteronomij capitulo. vij. Te elegit deus vt ſis ei populus peculiaris. Propago odioſa. ideſt genus hominum deo atq; proinde gentibus inuiſum.

ERgo vbi cuncta. qd̄ mortuo xp̄o multa corpora ſctōrū ſurrexerūt & venerūt in ſctām ciuitatē. & alia mirāda q̄ tūc cōtingere. Ex matth. cap̄. xxvij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dimiſit animā ex Joā.ca.x. Poteſtatē habeo ponēdi aīam et poteſtatē habeo iterū ſumēdi eā. Mortuꝰ q̄ntū attinet ad humanitatē. viuꝰ. q̄ntū ad diuinitatē qd̄ ipe ſtatim declarat. Mēbris carne. patuere retrorſum. Ita vt aīe q̄ apud inferos erāt collocate poſſent duce xp̄o redire ad ſupos. Petre. ſepulchrorū.ſ. Diuiſa cōpage.i.lapidū ſepulchri iunctura. Rediuiua.i.vite reſtituta. Juuet Rediuiuꝰ pullulet arca numꝰ. ſubitoq fragore. ex ruptura veli. vel potius ſuperliminaris vt in euāgelio Math. hebrayco legit̄ ſupliminare tēpli ſciſſum eſt. Illud templū ouās. ſcꝫ qd̄ fuerat a ſalomone extructum applaudēs Chriſto morienti. Maioris tēpli.i. Chriſti qui ſe templū quoq appellauit: cū dixit Joan̄. cap.ij. Soluite templuꝫ hoc ⁊ in tribꝰ diebus excitabo illd̄ Procubuiſſe. ideſt mortuū eſſe. Nudauit pectora. Trāſlatio ſumpta ab ijs qui in funere ſuorū ſcindūt veſtimēta ⁊ tundūt pectora palmis. Interiora ſui.i.adyta:vbi erat arca teſtimonij. Exo.ca.xxvj. Facies inquit velū. intra qd̄ pones arcā teſtimonij quo ⁊ ſanctuariū ſanctuarij diuidentur. Lex tecta velamine moſe aut lex moſe q̄ tecta erat velo ſicut ⁊ arca teſtimonij:quo ſciſſo arcana patuerunt. aut de velamine intelligit qd̄ moſes ori pretendit:de quo apoſtolus in epiſtola ad Cor. ſcdā.cap.iij. nō ſicut moſes ponebat velamē ſuper faciē ſuam ⁊c. Veniēte nobis.i.cauſa noſtra hominē aſſumens. quid ſi legas. nobis morienti.

Ipſe animam proprio dimiſit corpore ſanctam
Ipſe iterū ſumpturus eam:quia mortuus idem
Idem viuus erat. mēbris obeuntibus in ſe
Non obeunte deo:cuius virtute retrorſum
Infernae patuere viae. ruptaeq pateſcunt
Diuiſa compage petrae:rediuiua iacentum
Corpora ſanctorum fractis abiere ſepulchris
In cineres animata ſuos:ſubitoq fragore
Illud ouans templum maioris culmina templi
Procubuiſſe videns ritu plangentis alumni
Saucia diſciſſo nudauit pectora velo
Interiora ſui populis arcana futuris:
Jam reſeranda docens:quia lex velamine moſae
Tecta diu Chriſto nobis veniente pateſcit.

Inuehitur in mortem.

O Jc vbi nunc triſtis victoria:dic vbi nūc ſit
Mors ſtimulis horrēda tuis:q̄ ſemp opimis

O Jc vbi nūc. In mortē q̄ generi humano dominabat̄ ante Chriſti paſſionē inuehit̄. ex prima Cor.ca.xv. Abſorpta eſt inq̄t mors in victoria. vbi eſt mors victoria tua. vbi eſt mors ſtimulus tuus. ſtimulus mortis pct̄m eſt ⁊c. et eſt ordo. O mors horrenda tuis ſtimulis:dic vbi nunc eſt tua triſtis victoria. Triſtis inq̄ ab effectu alias leta ē. Hora.j.ſer. cita mors venit aut victoria leta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inſtaurata.renouata ⁊ repetita. Opimis.i.copioſis. Penali.qꝛ mors pecca
ti fuit pena. Nō tu ꝑuenis ad xpm.quaſi ad inuitū.nā oblat⁹ eſt qꝛ ipſe voluit.
vnde ſubdit:ſed xpus ꝑuenit ad te.ſ.volens. Sine morte:qꝛ mors illi vltra nō
dñabitꝛ.ad Ro.cap.vj. Culpa genitrice. Quia ſubdit ſtipendiū peccat mors.
Semine vipereo:qꝛ ꝓpter inuidiā diaboli eſt introducta cū in ſpē ſerpētis euā
dcepit. Venia re
gnāte.i.miſicoꝛ
dia dei:q̄ nobis
largitur veniam.

Inſtaurata malis cunctas inuadere gentes
Poenali ditione ſoles:cū peſſima non tu
Peruenis ad Chꝛiſtuz ſed Chꝛiſtus ꝑuenit ad te:
Cui licuit ſine morte mori:quicꝙ oīa gignens
Omnia conſtituens:te nō formauit vt eſſes
Semine vipereo culpa genitrice crearis
Et venia regnante peris.

Ex Chꝛiſti latere ſanguine cū aqua fluxiſſe.

IAm ſpiritus artus
Liquerat ad tēpus:patulos iā frigida ligno
Viſcera pendebāt: ⁊ adhuc furoꝛ arma miniſtrat
Cuſpide perfoſſum violat latus:ecꝙ patenti
Vulnere purpureus cruoꝛ ⁊ ſimul vnda cucurrit
Haec ſunt quippe ſacrae pro religionis honoꝛe
Coꝛpus.ſanguis.aqua.tria vitae munera noſtrae
Fonte renaſcentes mēbꝛis ⁊ ſanguine Chꝛiſti
Veſcimur:atꝙ ideo templū deitatis habemur
Quod ſeruare deus nos annuat immaculatum
Et faciat tenues tanto manſoꝛe capaces.

Chꝛiſti coꝛpus ponitur in ſepulchꝛo.

ERgo vbi theſaurū poſiti iā coꝛpoꝛis amplū
Nobilis accepit domino locus ille iacente:
Nobilioꝛ ſurgente tamen:generatio fallax

IAm ſpūs.q
mortuo xpo
cū lat⁹ illi⁹ fuiſſe
ꝑfoꝛatuz cōtinuo
exiuit ſanguis et
aqua.vn̄ ſacramē
ta eccleſie vim ha
bēt.ex Ioā.c.xix.
Ad tēpus.quo re
ſurrecturus erat
die tertia. Furoꝛ
arma miniſtrat.
ex Ver.j.eñ. Hec
ſunt.oꝛdo eſt hec
tria ſunt munera
vite nr̄e.ſ.coꝛpus
ſanguis et aqua.
ꝑma Ioā.cap.v.
hic eſt q̄ venit ꝑ a
quā ⁊ ſanguinez.
Tēpluz deitatis.
pri.Coꝛ.iij.Neſci
tis:qꝛ templū dei
eſtis. Tenues.i.
pauperes ⁊ indi
gnos. Capaces
tanto manſoꝛe.i.
dignos in quib⁹ ꝑ grām Xps inhabitet. Ergo vbi.qđ xpi coꝛpus mādatū eſt
ſepulture:⁊ qđ iudei fecerint circa eius cuſtodiā timētes ne ſubripeꝛ a diſcipu
lis. Ex mat.ca.xxviij. Loc⁹ ille nobilis. Monumētū qđ Ioſeph vir nobilis exci
derat i petra vbi ipe moꝛtu⁹ ſepelliretꝛ. Theſaurū amplū.i.honoꝛificū vł poti⁹
magnū.nobilioꝛ.qꝛ maioꝛ fuit glīa ſeplchꝛi reſurgētē reddēt ꝙ fuiſſet retinētꝛ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Augebat nephas. cū potius debuerit admiſſorū penitentiā agere. Dicētes. ſ. Quod diſcipuli raperent chriſtuz. i. rapturi eſſent: ⁊ referrent. i. dicturi eſſent. Abiſſe. i. ſurrexiſſe die tertia. Munimina. i. defenſores ⁊ cuſtodes. Obſidione. More illorū qui arces aut oppida obſident. Si nōdum. Pendet ſenſus vſqꝫ in locum illum peioribus aptos ⁊c. Uincula crucis: quibus Chriſtum cruci affixiſtis. Uulnera ferri. Clauorum ⁊ lanceę. Opus carnificis: q̄ ſolet dānatos plectere. Peioribus conſilijs ſub quā illuz prius morti tradidiſtis. Cardine rerum. deeſt prepoſitio in aut ex. vt ſit in cardine rerum: aut ex cardine rerū. hoc eſt ex ipſius mundi penetralibus: quibus orbis innititur. Per tartara. Juxta illud pſalmographi. ſi deſcendero in infernum ades. Et coeli de nube. imitatur lucanū in. i. pharſalie. tarpeia de rupe tonās. Deperdis opus tumultus. ideſt tumultuoſum. Excubijs. excubando vigilans ad cuſtodiam ſepulchri. Explorate fidem. volens experiri certitudinem rei: cui non es fidem adhibiturus.

Augebat ſub corde nephas: quod nocte ſilenti
Diſcipuli chriſtū raperent: ⁊ abiſſe referrent:
Ter redeunte die: ſicut predixerat ipſe.
Quo ſtimulāte metu vigilum munimina poſcunt
Plura dari: ſaeuaqꝫ locum obſidione teneri.
Si nō dum poſt vincla crucis: poſt vulnera ferri:
Poſt obitum mortis numeroſa caede cruentum
Carnificis impleſtis opus: nec creditis illum
Qui totles imis animas produxit ab vmbris
Poſſe ſuā reuocare magis: peioribus actos
Conſilijs armate dolos: ſignate ſepulchrum:
Ponite cuſtodes. monumēto aduoluite ſaxum:
Quis poterit ſeruare deum: cui cardine rerum
Cūcta petent: vndis habitat. per tartara regnat.
Et coeli de nube tonat. quid ſaeue tumultus
Excubijs deperdis opus: quid niteris illam.
Explorare fidem: cui nō vis credulus eſſe:

Chriſti reſurrectio.

Coeperat interea poſt triſtia ſabbata foelix
Irradiare dies: culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit. primuſqꝫ videre

Coeperat. Quo pacto ſaluator tertia die poſteaq̄ paſſus eſt reſurrexit a mortuis. ex om̄ibus euangeliſtis. Triſtia ſabbata. ideſt poſt dies triſtes nam ſabbatum aliquando pro die quocūqꝫ accipitur. vt Luce capitulo. xviij. ieiunio bis in ſabbato. Quid ſi legas poſt tertia ſabbata. Culmen alti nominis. ideſt dignitatem quippe qui denominatur dominicus a domino.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mundū naſci. quia tali die mūdus eſt creatus in eodē q; xp̄s reſurrexit. Geneſis. qui liber eſt primus legis cui⁹ capite. ij. legit̄. cōpleuit de⁹ die ſeptīo op⁹ ſuū qđ fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ⁊c̄. Caput orbis. i. principiū. Gloria regis. i. rex glorificatus. Fulgore tropei. ideſt triūphi cū more triūphantiū preferēs ſanctoꝝ animas reſurrexit. Primatū. vt ſit primus in ordine dierū. Virgo parēs. hoc nō dicūt euāgeliſte. Joānes mariam magdalene tātū dicit veniſſe. Matheus adiūgit alterā mariā. Marcus duabus adiūgit tertiā. Meſſis aromatice: ad illđ quod ſcribit marcus ꝙ maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome emerunt aromata vt veniētes vngerent ieſum. Noctu. Joannes cū adhuc tenebre eſſēt ceteri euāgeliſte diluculo mulieres veniſſe ad monumentū ſcribūt. Plenum virtute. ideſt miraculis: que nō poterant niſi diuina potentia fieri. Ab aſtris de celo. vt inquit matheus. Amoti quod ipſe angelus amouerat. non qđ reſurgente xp̄o fuerit reuolutus: vt pictores effingunt. nam quid attinet chriſtum in gloria ſua reſurgentem euoluere lapidem ſepulchri. Angelus vt Mattheus et Marcus dicunt vnus. vt Lucas ⁊ Joannes duo. Flammeus. Erat enim vt ſcribit euangeliſta aſpectus eius ſicut fulgur: et veſtimentum ſicut nix. Gemina ſpecie. ſcilicet terribili in cuſtodes ſepulchri milites. nam pre timore eius exterriti ſunt cuſtodes. Et gaudia. diſcipulis et mulieribus. Cuncta diſpenſans. ideſt diſtribuens. ſcilicet hos deterrens illos conſolans. Igne minaci. ideſt fulgore illius. Calcata morte. ideſt ſuperata. Juxta illud prophete. Ero mors tua o mors morſus tuus inferne. Statione deſerta. ideſt vigilia ⁊ cuſtodia.

Promeruit naſci mundum: ⁊ reſurgere chriſtum.
Septima nam geneſiscum dicit ſabbata claret
Hunc orbis caput eſſe diem: quem gloria regis
Nunc etiam proprij, donans fulgore tropaei
Primatum retinere dedit: hoc luminis ortu
Uirgo parens: aliaeq; ſimul cū munere matres
Meſſis aromaticae noctu venere gementes
Ad tumulum: vacuūq; vident iam corpore factū
Sed plenum virtute locum, nā miſſus ab aſtris
Angelus amoti reſidebat vertice ſaxi
Flammeus aſpectu: niueo veſtitus amictu.
Qui gemina ſpecie terrorem ac gaudia portās
Cunctaq; diſpenſans cuſtodibus igne minaci
Uenerat in formā chriſtum querētibus albam.
Ille igitur dominum calcata viuere morte
Angelica didicere fide: perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine vitam
Deſerta ſtatione fuga, teſtiſq; timoris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Gratis.i.nō accepto munere. Poſtq̄ data munera.ſ.a iudeis.q ut ſcribit euā geliſta princeps ſacerdotū grādi pecunia milites corripuerūt a diſcipulis xp̄z fuiſſe ſubreptū ipis dormiētibꝰ. Cōpoſitꝰ ſimulator.i.ſubornatꝰ ⁊ ex cōpoſito falſuz teſtimoniū ꝓferēs. Improbe cuſtos in falſuz teſtē inuehit̄ inſtās cōiectu ris. Productꝰ.ſubreptus. Antro.ſepulchro. Latuit ſopitos.i.dormientes cu ſtodes. Amictus Linteamina ⁊ ſu dariū quibus fue rat corpus inuo lutū. Ad exuuias ideſt iuxta ſpolia An ne beati. ac ſi dicat nō eſt veriſ ſimile. Mentita ē ex pſal.xxvj. In ſurrexerūt in me teſtes iniqui ⁊ mē tita eſt iniq̄tas ſi bi. Vana vox.i. mendax. Verg.j. eñ. Vani docuere parentes. Ad em ptū iudeis.i.ab il loꝝ cuſtodia ſub ductū.q.d. quē il li amiſerūt nos in uenimus. Actuū xiij. vobis oporte bat primuz loqui verbum dei: ſed quoniā repellitis illud ecce cōuerti mur ad gentes.

Vera refert gratis.poſtq̄ data munera fallit.
Diſcipulumq̄ globum placidi ſub tēpore ſomni
Clam ſibi nocturna chriſtum abſtraxiſſe rapina
Compoſitus ſimulator ait.fare improbe cuſtos.
Reſponde ſcelerata cohors.ſi chriſtus vt audes
Dicere:concluſo furtim productus ab antro
Sopitos latuit:cuius iacet intus amictus
Cuius ad exuuias ſedet angelus:an ne beati
Corporis ablator velocius eſſe putauit
Soluere contectum:quā deuectare ligatum:
Cum mota ſit furtis contraria? cautius ergo
Cum domino potuere magis ſua lintea tolli.
Mentita eſt vox vana ſibi.tamen iſta figuram
Res habet egregiam.iudaeis conſtat ademptū:
Que nos deuoto portamus pectore chriſtum.

In iudeos chriſti occiſores.

PLange ſacerdotes ꝑituros plāge miniſtros
Et populū iudaea tuū pro talibus auſis.
Non tuba.non vnctꝰ. nō iā tua victima grata eſt.
Quae nā bella tibi clanget tuba rege perempto.
Quis tuus vnctus erit:q̄ verū occideris vnctū?

PLange ſacerdotes. In iudeos xp̄i occiſores inuehitur oſtēdēs quāta bo na amiſerint:et in quot damna incurrerint. Sacerdotes ⁊ miniſtros pe rituros.quia iudeoꝝ ſacerdotiū qd̄ erat penes leuitas trāſlatū eſt in xp̄m qui eſt ſacerdos ſcd̄m ordinē melchiſedec. Ad hebreos ca.vij. Pro talibus auſis. ideſt que talia es auſa facere. Et eſt clauſula verſus vergiliani.ij.enei. Tuba qua vtebantur ſacerdotes ad conuocandū populum ⁊ in bello ad inuadēdas pugnas. Vnctus. Quia ſacerdotes ⁊ reges vngebantur. ſed vnctio illa trāſla ta eſt in ſanctum ſanctorum hoc eſt in chriſtum ex prophetia danielis.capi.ix.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Victima: q: in eius locū altera erat ſucceſſura victima. i. Xps pro oīm peccatis imolāda. Paſtor. qui Joānis. ca. x. dixerat. Ego ſum paſtor bonus. Habet victima. i. ſacrificat. Fuſcata ſuo colore. i. denigrata nō aduēticio ſed ſuo nam cū eccleſia in cāticis dicit. Nigra ſum ſed formoſa ſubiūxit. Nolite me cōſiderare qd̄ fuſca ſim: q: decolorauit me ſol. qd̄ eccl'ia q̄ ſucceſſit ſynagoge ꝛ peculariter virgo dei para poteſt recte de ſe dicere. Clarifico. i. p̄clara. Prius obtulit. Hoc euāgeliſte nō narrant: eſt tn̄ vero p̄quā ſimile. Aduenietis. cuꝫ ex ipſa carnem ſuſcepit. Redeūtis. i. ad ſuperos reſurgētis ab inferis.

Victima que dabitur: cuꝫ victima paſtor habetur
Diſcedat ſynagoga ſuo fuſcata colore.
Eccleſiā Chriſtus pulchro ſibi iunxit amore.
Haec eſt cōſpicuo radians in honore mariae.
Quae cū clarifico ſemper ſit nomine mater
Semper virgo manet: huius ſe viſibus aſtans
Lucē palā dominus prius obtulit: vt bona mater
Grandia diuulgans miracula quae fuit olim
Aduenietis iter: haec ſit redeuntis ꝛ index.

Agnitus Chriſtus in fractione panis.

Mox aliis cōuiua potens in fragmine panis
Agnitus emicuit: q: verus panis apertis
Semper adeſt oculis: fidei quos gratia claros
Efficit vt dominū viuentē cernere poſſint.

Apparuiſſe diſcipulis ſaepe.

Saepe dein proprios diuerſi temporis hora
Diſcipulis manifeſtus adit veſcētibus illis
Ex templo nunc hora ferens. nūc piſcis obuſti
Atq; faui mandens epulas: quo rite doceret
Corporeas res eſſe dapes: ſeſeq; videri

Mox aliis. quod ſaluator adiunxit ſe comitē duobꝰ diſcipulis euntibꝰ ab hieroſolimis emauntа: agnituſq; ē ab illis in fractione panis. ex Luca. xxiiij. Aliis diobus. i. illis diſcipulis. Verus panis. de quo Joā. ca. vj. panis verꝰ qui de celo deſcendit. Aptis oculis: nā euāgeliſta dicit q; apti ſunt oculi eorū. Viuetē. i. Chriſtū de quo Luce. ca. xxiiij. quid queritis viuentē cū mortuis.

Saepe dein. Quod ſaluator viſus eſt poſtea diſcipulis aliis prebens ſeipſuꝫ videndum tum manifeſte tum multis argumentis. Ex Luca capitulo. ui apoſtolica hyſtoria. Veſcentibus illis ad illud reſpicit q; lucas ſcribit: et conueſcens precepit illis ab hieroſolimis ne diſcederent: quamq; in greco nō conueſcens ſed conuerſans legitur: hoc eſt ſynanlizomenos. Ora ferens. ideſt veram faciem pre ſe ferens. Piſcis obuſti. ideſt aſſi ꝛ mellis. Ex Luca capitulo. xxiiij. Seſeq; videri. ſubaudi doceret.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Jn membris q̄bus ante fuit. Formidine rurſus
Plebis apoſtatice dn̄m quae ſepe negaſſet.
Cum foribus clauſis reſideret turba fidelis
Pace ſalutantis ſeſe intulit: atq̧ foratas
Expediēs palmas nudat latus. aſtibi Thomas
Cui didymus cognomē erat: cum fratribus vna
Nō fuerat: dubioq̧ fidē ſub corde gerebat.
Donec rurſus eo pariter reſidente veniret:
Qui nunq̧ ſubtractus erat. tūc limine clauſo
Cōſtitit in medio nō dedignatꝰ apertum
Diſcipulo monſtrare latus: tactuq̧ probari
Vulneris: ꝛ mentē patiēter ferre labātis:
Agnitus hinc potiꝰ q̄d ſit dubitātis amicꝰ.
Quiſq̧s enī artifices caeca ſub imagine fraudes
Inſtruit: ꝛ varias cupit exercere figuras:
Nō vult agnoſci: nō vult ſua facta requiri:
Ut lateant ſub nube doli. nebulaq̧ recludens
Omnia ſolicitos odit ſimulator amicos.

Piſcanti Petro apparuit.

Gnarus item dn̄s petro piſcante per aequor

Formidine rurſus. q̄ cum fores eſſent clauſe propter metū iudeorū viſus eſt Jeſus diſcipulis. Ex Joan. cap. vlti. Turba fidelis. i. Chriſti. Pace ſalutantis. i. dicēs. Pax vobis ꝛc. Expediēs palmis. i. expeditas oſtendēs. Et latus. lācea pfoſſum. Dydimꝰ. ex greco interptat̄ geminꝰ. Dubio ſub corde. dicebat eniz niſi videro in manibꝰ eiuſ fixurā clauorū: ꝛ mittā manū meā in latꝰ eiꝰ nō credā. Nūq̧ ſubtractuſ erat. Ipſo Chriſto dicente: Matth. cap. vlti. Ego vobiſcū ſuz oibꝰ diebus vſq̧ ad cōſumationez ſecli. Probari. i. in experimētuz ſe pbere. Mētem labantis. i. dubitationez amici titubantis. Agnitus hinc ex vulneruz cōmoſtratiōe. Factus eſt amicus. q. d. quod hoc fecit vt amicū dubitantē cōſeruaret. Quiſquis enim. ſenſuſ eſt qui fraude quēpiam vult decipere: laborat ne in furto deprehendat̄ ꝛ omnia ſub tenebriſ iuoluit. Fraudes artifices. ideſt artificioſas paſſiue. Perſius. Artificēq̧ tuo ducit ſub pollice vultum. Figuras varias. ideſt res fictas ꝛ nō veras. nam figura eſt veritatis ymago. Sua facta requiri. ideſt examinari. Sub nube: ſub tenebris vt lateant doli. Recludens omnia. ideſt claudens. cum recludere ſit potius aperire. Uer. Ueteres tellure recludit theſauros. Simulator. ideſt qui ſimulat id quod non eſt. Solicitos. ideſt curioſos et diligentes.

Gnarus. Dn̄o piſcāte Petro cū Thoma ꝛ duobus filijs zebedei Jeſus viſus eſt in littore qui cum nihil cepiſſent iuſſu ſaluatoris miſit recte in dextram nauigij partē: vnde facta eſt magna piſciuz captura ꝛc. ex Joan. cap. xxi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cum ſocijs. ſcilicet Thoma. iacobo. ioanne. nathanaele. Gnarus. ideſt ſciens nihil eſſe captuꝫ. Lina retia. ex lino. Gurgite clauſo. quippe que nihil piſcium illis dederas. Retia pendula. ideſt pendentia cum extrahuntur ex mari. Praedam fluctiuagam. ideſt piſces per mare vagantes. Noſcenda. ideſt que retia figurate aliquid ſignificant aliud ꝙ quod pre ſe ferunt. Nam retia dignis. ideſt electis ſiue predeſtinatis. Lucida p̄cepta. Ex pſal. xviij. Preceptuꝫ domini lucidũ illuminãs oculos. In dextra parte manens ad illud reſpicit quod legitur matthei ca. xx. ſtatuet oues a dextris ⁊ hedos a ſiniſtris ⁊ que ſequuntur. Nec piſces. Dicit enim euangeliſta ꝙ cũ diſcipuli deſcendiſſent in terram viderunt prunas ⁊ piſcem ſuppoſitum ⁊ paneꝫ que omnia quid ſignificẽt exponit. Nã piſcis eſt aqua ꝓ quam regeneramur. Panis. qui deſcendit de celo quo paſcimur.

Cum ſocijs captum eſſe nihil: dimittere lina
In dextras hortatur aquas. mox gurgite clauſo
Pendula fluctiuagam traxerunt retia praedam
Per typicam noſcenda viam. nam retia dignis
Lucida ſunt praecepta dei: quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur: ac ſimul vlnis
Fertur apoſtolicis domini ad veſtigia chriſti.
Nec piſces: prunacꝫ vacant: ⁊ panis in vno
Diſcipulis inuenta loco. quis nam ambigat vnaꝫ
His rebus conſtare fidem. quippe eſt aqua piſcis
Chriſtus adeſt panis. ſanctus quocꝫ ſpũs ignis.
Hic eteni abluimur hinc paſcimur. inde ſacramur
Tunc epulis praeceptor eos inuitat edendis
Alloquijs de more pijs: menſamcꝫ petentes
Vnanimes nota domini bonitate fruuntur:
Et xp̄m ſenſere ſuum: modicocꝫ paratu
Poſtꝙ victa fames: et ſurrexere relictis
Rite toris: an corde petrus ſe diligat alto
Explorat dñs. petrus annuit. ergo nitentes
Paſtor amans augere greges operatio in omni
Parte bono cõmendat oues cõmendat ⁊ agnos

Pruna. ideſt ignis ſpiritus ſanctus quo ſanctificamur. De more quo illos cõſueuerat alloqui cum comituri erant cenam. Bonitate domini. ideſt largitate quadam profuſa. Suum chriſtum. ideſt quo frequenter vſi ſunt in conuictu et familiaritate. Relictis rite toris. hoc eſt cum gratiaruꝫ actione. Alto corde. ideſt medulitus ⁊ exanimo. Explorat. ideſt inquirit. Petrus annuit. ideſt aſſentitur dicens. tu ſcis domine qꝛ ego amo te. Paſtor amans. ideſt cupiens. Greges nitentes. ideſt pingues. nam pinguitudinem ſequitur nitor. Bono operario. ideſt petro omni ex parte bono: quippe qui pluſꝙ alij Chriſtum amabat.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Terno ſermone. ideſt triplici admonitione vt Joannes ſcribit. vt qui ter negauit. ter fateretur ſe plurimum amare: terqꝫ illi ſaluator tanqꝫ fideli diſpenſatori oues ſuas commendaret.

Inde ſequēda. qꝫ ieſus apparuit diſcipulis dicēs pax vobis ⁊ inſtituit illos oībꝰ in rebꝰ quas erāt facturi: baptizarētqꝫ oēs gētes in noīe pris ⁊ filij et ſpūs ſcti ex ioāne ceteris in fine ſuoꝝ euāgelioꝝ. Pacē meā. Joā. ca. xiiij. pacē relinquo vobis. pacez meam do vobis. Genteſqꝫ vocate. Mar. ca. vlti. Eūtes in vniuerſum mūduz predicate euangeliū oī creature. Lauari in fōte. i. baptizari. Verg. i buco. oēs in fonte lauabo.

Hec vbi dicta: qꝫ poſtea qꝫ ſaluator admonuit diſciplos faciendoꝝ eduxit illos in bethaniā ⁊ benedicēs illis in celū aſſumptus eſt. Ex Luca. ca. xxiiij. Subit. aſcēdit. Mūdūqꝫ gubernat ipſo dicēte. Mihi data eſt omnis poteſtas i celo ⁊ in terra. Matth. ca. vlti. Poſt celum. ideſt trans celuz: quia nō continet celo diuina maieſtas. Et poſt celū tartara: quia vbiqꝫ eſt per preſentiā ⁊ inane qđ vltra celū cogitamus implet. Vias ſyderias. i. precepta chriſti que illis tradidit inuulgāda per oēs gentes. Teſtes. i. ipſi diſcipuli iuxta illud Luce. ca. xxiiij. ⁊ actuū ca. pri. Vos eritis mihi teſtes in hieruſalē ⁊c. Qui plura videntes. ad illud reſpicit: quod ſcribit Joānes in calce ſui euāgelij. Multa quidez

Haec terno ſermone mouens: vt terna negātis
Culpa recens parili numero purgata maneret.

Tradit praecepta diſcipulis.

Inde ſequēda docēs pacē oēs inquit habete
Pacem ferte meā pacem portate quietam
Pacem per populos monitis diſpergite ſanctis.
Et mundum vacuate malis: genteſqꝫ vocate
Finibus e cunctis: latus qua tenditur orbis
Juſſis mando meis: omneſqꝫ in fonte lauari.

Ad coelos aſcendit.

Haec vbi dicta pio dn̄s ſermone peregit:
Bethaniae mox arua petit: coramqꝫ beatis
Qui tantum meruere viris ſpectare triumphum
Aethereas euectus abit ſublimis in auras:
Ad dextrā ſubit ipſe patris. mūdumqꝫ gubernat
Jure ſuo: qui cuncta tenens excelſaqꝫ ⁊ yma
Tartara poſt coelum penetrat. poſt tartara coelū
Illi autem laeti cernentes vultibus altas
Ire ſuper nubes dominum: tractuſqꝫ coruſcos
Veſtigijs calcare ſuis: venerantur adorant.
Sydereaſqꝫ vias alacri ſub corde reportant:
Quas cunctos teſtes nam iure fideles
Diuinae virtutis erant qui plura videntes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et alia ſigna fecit ieſus in cõſpectu diſcipulorum ſuorum: que non ſunt ſcripta in hoc libro. Bonorum. i. miraculorum. Cingere. i. cõplecti. Et ſic eſt finis paraphraſeon in Sedulij carmẽ ab Antonio nebriſſenſi grãmatico editarum.

Innumerabilium ſcripſerunt pauca bonorum.
Nam ſi cuncta ſacris voluiſſent tradere chartis
Facta redemptoris: nec totus cingere mundus
Sufficeret denſos per tanta volumina libros.

Sedulij paſchale opus explicitum.

Finis.

Eiuſdem carmen inuitatorium.

Cantemus ſocij domino cãtemus honores.
Dulcis amor xp̃i perſonet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce ſuperbus:
Sic homo cum tumuit primus ad ima ruit.
Unius ob meritum cuncti periere minores:
Saluantur cuncti vnius ob meritum.
Sola fuit mulier: patuit qua ianua loetho.
Et qua vita redit: ſola fuit mulier.
Frater iniquus erat: iuſtum qui perculit olim.
Damnator xp̃i frater iniquus erat.
Tranſitus ille docet: quid prima amiſit origo.
Quid ventura paret: tranſitus ille docet.
Arca leuatur aquis: homines ne ꝑderet aequor.
Ne pereant homines: arca leuatur aquis.

Cantemus ſocij. Sunt qui dicunt hoc opuſculũ nõ eſſe editũ a ſedulio: ſed inter illius ſcripta inuẽtũ qđ ſatis eſt: vt ſedulij putet̃ eſſe. Nã ⁊ alioꝝ ſcriptorũ opa nõ alia ratione cert̃ autorib9 accõmodãtur: niſi qđ illorũ nomine ꝑtitulata inueniũtur. Carmẽ eſt inuitatoriũ ad diuinas laudes canendas in quo veteris teſtamẽti miracula cum noui miraculis cõparat atq̃ iucũdiſſima repetitiõe eodẽ hemiſtichio verſuz pẽthametrũ claudit quo hexametruz incipitur. Cantemus honores. i. laudes. Ore pio. i. religioſo. Perſonet xpo. i. in honorẽ xpi. Primus ſupbus. i. lucifer qui ꝓpter ſuperbiã ad inferos deturbatus eſt. Primus homo. i. adã. cũ tumuit ex admonitiõe diaboli putauit ex pomi eſitatiõe ſe futurũ deo parẽ. Unius ob meritũ. i. peccatũ primi hominis. Minores. i. poſteri. Unius ob meritũ. i. xpi nam meritũ ⁊ in bonũ ⁊ in maluz accipi poteſt. Sola mulier. i. eua. que nos morti obnoxios fecit. Sola mulier. i. virgo dei patuit: q̃ nobis ad vitã iter patefecit. Frater iniquus. i. cayn qui abel teſtimonio ſaluatoris iuſtũ occidit. Frater iniqu9. i. iudas ſcariotes qui xp̃m ꝑdidit. Trãſit9 ille. i. primi hois ꝑuaricatio. Primo origo. i. hõ in ſtatu innocẽtie creatus. Tranſitus ille. i. xpi ad celos aſcenſio, quo ⁊ nos venturi ſumus. Arca leuatur



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ideſt machina illa in modum nauis iuſſu dei a Noe fabricata. Arca leuatur. i.
xp̄ūs qui ſumpta humāitate nos ſaluauit. Sume pater. i. o Abraā qui propte-
rea ꝙ non dubitaſti filium tuū Iſaac ſacrificare: eſt tibi multarum gentium ex
ſemine tuo repromiſſio. Geneſis. ca. xxij. Sume pater populos. quos tibi fili-
per ſanguinis ſui redēptionē tibi recōciliauit. Hoſtia ſumma patris. i. Iſaac

quē pater hoſtie
deſtinauit. que fi
gura erat xp̄i pro
nobis immolādi.
Quā xp̄s refera-
uit. i. apuit. Clau
dicat ecce vidēs.
de Iacob intelli-
git qui poſtea ꝙ
cū angelo luctat⁹
eſt pede claudica
uit: q̄a emarcuit
neru⁹ femoris ei⁹
Geñ. cap̄. xxij. Ui
dens dn̄m: nam
ſubdit vocauitq̃
Iacob nomen lo
ci illius phanuel
dicēs. Uidi domi
nū facie ad fa. ⁊c.

Sume pater populus pro nati vulnere cunctos:
Cum ſumis chriſtum ſume pater populos.
Hoſtia ſumma patris tacitis ſignata figuris:
Quam reſerat chriſtus hoſtia ſumma patris.
Claudicat ecce videns dn̄m: dū praeualet heres:
Aſpera gēs chriſtū claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem: frater quem vēdidit auro:
Venditus a iuda reppulit ille famem.
Perfide corde peris: dum vaſtāt omnia plagae.
Dum ceſſant plagae perfide corde peris.
Agnus ab hoſte ſacer conduxit ſanguine patres
Sanguine nos reuocat agnus ab hoſte ſacer.
Obruit vnda nefas populo gradiente p̄ aequor
Nunc mundi populis obruit vnda nefas.

Heres. ſcilicet repromiſſionis primum facta abraam. Aſpera gens. ſcilicet iu-
deorum que deum exacerbauit. Claudicat videns. ideſt preuaricatur ⁊ vidēs
chriſtum non videt malignitate obſecata. Reppulit illi famen. ſcilicet Ioſeph
qui venditus a iuda fratre conſentientibus reliquis fratribus in egyptū du
ctus: atq̃ a pharaone rei frumētarie praefectus future famis proſpexit: ex Ge-
neſi capitulo. xxxvj. Venditus a iuda. ſcilicet iſcariote qui vendidit chriſtum.
Perfide corde. De pharaone intelligit qui poſt conſumpta omnia plagarum
genera hebreos abeuntes inſecutus fluctibus maris obrutus eſt. Corde pe-
ris. ideſt ad illud reſpicit qđ ſcriptura dicit: Induratum eſt cor pharaonis.
Perfide corde peris. De diabolo ſuperato morte chriſti poteſt intelligi vel de
eodem iuda proditore qui ſe laqueo ſuſpendit. Agnus ab hoſte. De agno ty-
pico intelligit quem iuſſit deus populo iſrael abſumere quartadecima die pri-
mi menſis. qui ſignificabat verum agnum qui pro ſalute hominum immolat⁹
eſt. Ex exodo. ca. xij. Cōduxit patres. ideſt patriarchas ex captiuitate egyptia
ca. Obruit vnda. ideſt fluctus maris rubri. Merſit nefas. ideſt nefarios egy-
ptios. Obruit vnda nefas. ideſt tollit peccatum originale per baptiſma.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Murmurat impietas. ideſt populus impius atq; deo rebellis. Manna veniente. ideſt cadente de celo. Ex exodo. capi. xvij. Panis xp̄s. qui dixit ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Murmurat impietas. Obtractans facti xp̄i. Plebs ſibi dura caput. de vitulo intelligit quē populus ſibi conflauit dū moſes faceret in monte morā Exodi. xxxij. Cultoris terrę caput. i. vitulū animal

Murmurat impietas manna veniente refecta.
Panis adeſt chriſtus murmurat impietas.
Plebs ſibi dura caput terrae cultoris adoptat
Abſtulit heu chriſtum plebs ſibi dura caput
Lex dedit indicium veteris de crimine poenae
Quoq; ſalus veniat lex dedit indicium.
En lapis irriguus ſatiare incredule fonte
Qui chriſtum reprobas en lapis irriguus.
Carpitur igne ſacro munus votumq; priorum
Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.
Regna beata patris legit non contigit heres
Chriſtus diſpenſat regna beata patris
Deſtruit arca dei muros dum circuit hoſtem
Sic hoſtem mundi deſtruit arca dei.
Area vellus habet madido ſed vellere ſicca eſt
Siccum tota madens area vellus habet.
Uincis honore dei promiſſe munere gentes

ad arandū natū. Abſtulit caput. Chriſtū. ſcz qui oīm eſt caput myſticū quē a ſe abalienauerūt. Lex dedit indiciū. de lege veteri intelligit q̄ tota ad poena rigorē intēdebat. Lex dedit indiciū. ſ. euāgelica cuius auctor fuit xp̄s ſaluator: que cōdita eſt miſericordia. En lapis irrigu9. De petra oreb ex q̄ erupit aqua pcutiente illā moſe baculo. Lapis irrigu9. i. xp̄us lapis angularis vt inq̄t apl's q̄ fecit vtraq; vnū: ex quo erūpit aq̄ ſaliēs in vitā ęternā. Joan. ca. iiij. Carpit igne ſacro mun9. i. holocauſtū qd̄ abſumebat igne de celo deſcēdēte. Seditioſa trib9. ſ. datan abiron & q̄ murmurauerūt cōtra moſem. ex quoꝝ numero ducētos quinquaginta ignis de celo cōbuſſit. Legis heres. i. populus iſrael cui facta eſt repromiſſio. Chriſtus diſpēſat: q2 abdicatio populo iſraelitico adoptatur in regnū celeſte populus gētilis. Deſtruit archa dei q̄ ſepties circūducta Jericho corruit. ex Joſue. ca. vj. Arca dei. i. xp̄s qui vt dictū eſt per arcā ſignificatur. Aera vellus habet. ex libro Judicū cap. vj. de vellere gedeonis qd̄ in area poſuit. madefactūq; eſt terra circūiacēte ſicca atq; iterū terra madefacta ē vellere manēte ſicco qd̄ vtrūq; ſignificat foecūdę virginitatis icorruptionē. Uincis honore dei. Ex libro iudicū. cap. xj. quomodo iepthe iudex iſrael vouit ſe ſacrificaturum quodcunq; ex domo ſua primū illi occurreret: ſi filios Amon debellaret. Cumq; filia primum illi occurriſſet: illam ex voto deo immolauit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Effectū natę. Lego affectū q₂ filię amorē religioni poſt poſuit. Qui ſternis cę de Goliā. ex. j. Regū. cap̄. xvij. quo pacto Dauid goliā philiſteū ſupauit in certamē ſingulari. Tu dec⁹ omne tuis. ex Uer. in buc. vſurpauit hoc hemiſtichiū Qui vincis mūdū. hic eſt xp̄s. Maxima dona dei. i. bn̄ficia homini cōferēda reſtituēdo illū p̄ſtino ſtatui; qd̄ ꝓphetę predixerūt: ⁊ xp̄s impleuit. Pondera dura tulit. ideſt. attulit lex Moſis. Et irā. nā p̄cipiebat ſęuiēdū eē inſontes ſ₃ grā hoc eſt euangelij. tulit. i. abſtulit pondera dura. chriſto dicēte. Jugū meū ſuaue eſt ⁊ onus meū leue. Fili⁹ hic hominis. i. puer ex virgine nat⁹. Fit q̄ſtio mūdi ſc₃ alius de illo aliud ſentiens appellādo fabri filiū. cū peccatorib⁹ cōſuetudinē habētē₃. Nobiſcu₃ de⁹ eſt. Ad illud reſpicit qd̄ ſcribit̄ Eſa. c. vij. Uocabit̄ nomen ei⁹ Emanuel: qd̄ interp̄tat̄ nobiſcu₃ de⁹. Mūd⁹ p̄cepit et ābit. i. cōtinet. ex Joā. ca. j. Jn mūdo erat ⁊ mūdus eū nō cognouit. Signa mouēt populos. i. gētiles qui miraculis ꝑmoti crediderūt. Duros populos. i. iudeos durę ſeruicis rebelles mors ligno deducta. i. ex eo qd̄ Ada₃ de fructu ligni qd̄ erat in medio paradiſi comedit. Auferṫ ligno. i. cruce atq₃ xp̄i paſſiōe. Jp̄e tulit dn̄s. Pro cōtulit munera ſeruis ꝓ poenis q̄s ab illis paſſus eſt. Jp̄e tulit dn̄s poenas. i. ꝑtulit pro ſeruorū redeptione. Uita beata. i. xp̄s qui hōi vitā homini attulit. Auertere nece₃. i. prohibere mortē q̄ vt dicit Ap̄lus ſtipendiū pc̄ti eſt. Lumē dei. Juxta illud Eſaye. capiṫ. ix. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis.

Effectum natae vincis honore dei.
Tu decus omne tuis qui ſternis caede Goliam:
Qui vincis mūdum tu decus omne tuis.
Maxima dona dei cuncti cecinere prophete.
Impleuit Chriſtus maxima dona dei.
Pondera dura tulit mādatum legis ⁊ iram.
Gratia mandati tempora dura tulit
Uirgo Maria nitet nullo temerata pudore.
Poſt partum pueri virgo Maria nitet.
Filius hic hominis fit maxima queſtio mūdi
Nobiſcum deus eſt filius hic hominis.
Gaudia magna dei mūdus percepit ⁊ ambit
Reſpuit heu mūdus gaudia magna dei
Signa mouent populos cernūt magnalia caeci.
Nulla tamē duros ſigna mouent populos.
Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit
Aufertur ligno aſpera mors populis.
Ipſe tulit dominus pro poenis munera ſeruis
Pro ſeruis poenas ipſe tulit dominus.
Uita beata necem miſeris auertere venit.
Depulit a miſeris vita beata necem:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lumē dei. Iuxta illud Ioā ca. j. Et vita erat lux hoīm ⁊ lux in tenebris lucet. Per hominē. i. per p̄mū parētem. Per hominē. i. per Chriſtum q̄ mortē moriendo deſtruxit. Pater ille profan⁹. i. diabol⁹. Suſcitat gen⁹. ſubaudi humanū adigēdo ad mortē. Dura ceruice. de iudeis dure ceruicis populo loquit̄. Hic popul⁹. ſ. gētilis. Gēs impia iudeorū. ſ. q̄ chriſtum morti tradidere. Sāguine

Lumē adeſſe dei perſenſit tartarus ingens
Nec cernunt homines lumen adeſſe dei.
Mors fera ꝑ hoīem miſerū ſibi ſubdidit orbē.
Subdita cōgemit mors fera per hominem.
Suſcitat ecce gen⁹ morti pater ille profanus
Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic popul⁹ dominum dura ceruice negauit:
Suſcepit primus hic populus dominum
Sanguine laeta redit fuſo gēs impia Chriſti:
Guſtato Chriſti ſanguine laeta redit.
Crimina cuncta ſuis terrenus contulit autor:
Diſſoluit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim:
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi,
Fortia vincla dedit peccati ſaeua poteſtas:
Dulcis amor chriſti fortia vincla dedit.
Iam ſuper aſtra ſedet: cūcti exultate fideles:
Perfide quid ſaeuis: iam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, coelū terramqꝫ ſubegit.
Quid faciāt hoſtes: mortuus ille tonat.
Pellitur vmbra die Chriſti veniēte figura:
Chriſtus adit gētes pellitur vmbra die.

lęta redit ſubaudi gēs chriſtianorū refecta ſanguine euchariſtie. Autor terren⁹. i. Adaz ex terra formatus q̄ mortem intulit mūdo Chriſtus. ſ. ſcđus adā. i. homo facin⁹ deuinxerat. i. pctum Adā qđ illū ex libero fecit ſeruum Chriſt⁹ reficit. i. reſtituit ex ſeruitute libertatem. Fortia vincla. quibus homines ꝑ pctum q̄ſi ꝯpedibus ſunt impliciti. Fortia vincla. Quibus arctiſſime per charitatē chriſto copulamur. Celuz terrā qꝫ ſubegit. Mat. ca. vlti. Mihi data eſt oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. Pellitur vmbra die. i. figurata in lege veteri reſerantur in lege euāgelica. Adit gentes. de vocatione gentium ⁊ abditione iudeorum plenum eſt teſtamentum vetus. Te proſperare docent. ideſt prophete ſignificabant Chriſtum breui naſciturum ex virgine. Sacraqꝫ gerimus. ideſt lex euangelica que ſignificat breui futuri diem iudicij. Uota priorum. ideſt deſideratus a ſanctis patribus. Unicus. ideſt dei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Te properare docent ⁊ ſigna ⁊ ſaecula prima:
Nos ſacra quae gerimus te properare docent.
Unicus adueniens firmauit vota priorum:
Vota dedit nobis vnicus adueniens.
Paſſio chriſte tua compleuit munera legis:
Munera noſtra replet paſſio chriſte tua:
Hic homo qui deus eſt ſpes eſt antiqua priorum:
Spes cum fine pijs hic homo qui deus eſt.
Munus erit fidei toto credentibus aeuo.
Qui dedit vt credant munus erit fidei.
Te veniente deus mundanus concidit error:
Concidit hic mundus te veniente deus.
Gratia plena dei eſt: quae totis gentibus extat:
Abſcendant ſectae: gratia plena dei eſt.
Sola columba redit: quae totum circuit orbem.
Diſcedant corui ſola columba redit.
Adueniet dñs dare digna pijs: mala prauis.
Credite iam miſeri: adueniet dominus.
Viſio chriſte tui tormentũ ⁊ poena malorum eſt:
Gloria cuncta bonis viſio chriſte tui.
Gloria magna patri: ſemper tibi gloria nate:
Spiritui ⁊ nato gloria magna patri.
¶ Sedulij epigrammata.

filius. Cõpleuit munera legis. Ipſo xp̃o atteſtante in paſſiõe cõſummatum eſt. Spes priorũ. ideſt prophetarum. Spes cũ fine. ideſt quẽ finẽ nos ſperam⁹ Mun⁹ fidei. ideſt merces ⁊ premiũ Qui dedit. ideſt p gratiam fecit. cõcidit mũdus. ideſt hominũ vitia: nã in hac ſignificatiõe plerumq; in ſacris litteris accipitur. Totis gẽtibus: quia peculiariter apud gentiles grã manet. Sola colũba. ideſt chriſtiana ſimplicitas: et alludit ad illud: quod ſcribitur Geneſis capi. viij. De coruo ⁊ columba Iuuena. Dat veniã coruis vexat cenſura colũbas q̃ ſequũtur patent.

¶ C. Sedulij preſbyteri hymnus de Chriſto ſuccincte ab incarnatione vſq; ad Aſcenſionẽ.

A Solis ortus cardine
ad uſqꝫ terre limitem:
xpm canamus principem
natum maria virgine.
Beatus auctor ſeculi
ſeruile corpus induit:
vt carne carnem liberans
ne perderet quos condidit.
Caſtae parentis viſcera
coeleſtis intrat gratia:
venter puellae baiulat
ſecreta que non nouerat.
Domus pudici pectoris
templum repente fit dei:
intacta neſciens virum
verbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera
quem gabriel predixerat:
quem matris aluo geſtiens
clauſus ioannes ſenſerat.
Foeno iacere pertulit
praeſepe non abhorruit:
paruoqꝫ lacte paſtus eſt
per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus coeleſtium
et angeli canunt deo:
palamqꝫ fit paſtoribus
per quem nec ales eſurit.
HOſtis herodes impie
xpm venire quid times:
non arripit mortalia
qui regna dat coeleſtia.
Ibant magi quam viderant
ſtellam ſequētes praeuiam:
lumen requirunt lumine
deum fatentur munere.
Katerua matrum perſonat
conſilia deflens pignora:
quorum tyrannus millia
xpo ſacrauit victimam.
Lauacra puri gurgitis
coeleſtis agnus attigit:
peccata que non detulit
nos abluendo ſuſtulit.
Miraculis dedit fidem
habere ſe deum patrem:
infirma ſanans corpora
reſuſcitans cadauera.
Nouum genus potentiae
aquae rubeſcunt hydrie
vinum que iuſſa fundere
mutauit vnda originem.
Orat ſalutem ſeruulo
flexus genu centurio:
credentes ardor plurimus
extinxit ignes febrium.
Petrus per vndas ambulat
chriſti leuatus dextera:
natura quam negauerat
fides parauit ſemitam.
Quarta die iam foetidus
vitam recepit lazarus
cunctis qui liber vinculis
factus ſuperſtes eſt ſibi.
Riuos cruoris horridi
contacta veſtis obſtruit:
fletu rigante ſupplicis
arent fluenta ſanguinis.
Solutis omni corpore
iuſſus repente ſurgere:
ſuis viciſſim greſſibus
aeger vehebat lectulum.
Tunc ille iudas carnifex
ſuſus magiſtrum tradere:
pacem ferebat oſculo
quam non habebat pectore.
Verax datur fallacibus
pium flagellat impius:
cruci que fixus innocens
coniungitur latronibus.
Xeromyrrham poſt ſabbatum
quedam vehebant corpori
quas allocutus angelus
viuum ſepulchro non tegi.
ymnis venile dulcibus
omnes canamus ſubditum
chriſti triumpho tartarum:
qui nos redemit venditus.
Zelum draconis inuidi
et os leonis peſſimi
calcauit vnicus dei
ſeſe que coelis reddidit.

A Solis ortus. Hymnus hic a Sedulio compoſitus eſt: cōſtantem dimetro iābico; digeſtuſqꝫ eſt per tria ꝛ viginti tetraſtica: quae incipiūtur ſcdm ordinem alphabetarium: in quo luſerunt plerumqꝫ inſtrumenti vete. auctores Nam ꝛ Dauid pſalmū cen centeſimum decimuꝫ octauum: et Salomon calcem prouerbiorum. et Jeremi. threnos hac ſerie compoſuit. Aduertendum tamen et ſi auctor ſua inuentione delectatus K litteram ſuo in loco ponat dicēs Katerua matrum perſonat: non ſic debere ſcribi ſed per .c. litterā. Quintilianus nāqꝫ libro primo eos reprehendit qui dicebāt cuꝫ ſequeretur .a. vocalis .c. pro .k. debere ſcribi. vt Kartago. Kaput: et quod in loco Sedulius ſcribit caterua: et ſubdit cauſam cum .c. littera que in loco .k. ſucceſſerit. Preterea qđ ſcribit hymn⁹ ſine aſpiratione in principio cum omnis dictio ab ypſilon incipiens aſpiret. Sunt autem omnia manifeſta niſi quis dubitet: qđ ſit xeromyrrha. nam cum ſit duplex myrrhae genus altera facta. ideſt ſtillaticia ꝛ alra ficticia. erſt xeromyrrha. ideſt ſicca myrrha erit opinor que ex ligno myrrha elicitur eo modo quo ex xylo balſamum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

m mii

Sedulij paſchale cū reliquis opuſcu-
lis q̄ extāt carmīe cōſcripta finiūtur
Explicita cōpluti calēdis Julij.
anno. M. D. xvj. Caſtigauit.
pūxit. diſpūxit interpūxitq;
Antonius nebriſſeñ. ad-
iecitq; paraphraſiz in
locos obſcurio-
res.

otimumediuz fenimux fines

hoy celo apus comina ꝑ vector aluns

siuz significat tener

eptar

nubimulluz plenmubiuz

pascuaq̄ fungat q̄ est prime atpolenta

J hopes zelotipus comina et vector ctalung

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación



TO
BIBLIOTECA
Sala
Número

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

OLEDO
ECA PROVINC
Reserva
739

SEDU. EPI·PAS CAIE

Res.
739
Ministerio de